

Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniuersum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvvtvs Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

IX. Christus Caput super omnem Ecclesiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79582](#)

Sectio IV. Cap. IX.

344

qui hoc iudicium tibi mentem reuocat? Propterè ergo omnia perierunt, & sunt perdita ac profligata, quod ad humanum tribunal fitendi, pro rebus qua ad hanc vitam pertinent, omnia mouentur, quemlibet rogamus, assidue de eo sumus solliciti, omnia pro eo agimus: Ad Christi autem tribunal non multo post venturi, nihil nec per nos, nec per alios agimus. Iudicem non rogamus, quamvis nobis longum det diem praefitum, & nos non ratiat in mediis peccatis, sed permittat ut ea exauamus, & nihil eorum que ad ipsam pertinent, prætermittat illa bonitas & benignitas. Sed nihil amplius efficit. Propterè manus est supplicium. Sed absit, ut sit. Propterè ideo, ut in praesentia resipiscamus, gcheinam ante oculos habeamus, cogitemus illam incutibiliter reddendam rationem: ut haec reputantes, & virtutem fugiamus, & virtutem eligamus, & possimus assecurari bona, promissa illis qui ipum diligunt.]

Hoc itaque sapite, hoc cogitate mortales omnes. *Fugite à facie Gladij, quia ultor iniuriantum Gladij est & scire esse iudicium.* Fustra autem impios dum sibi blandiuntur, in hac fide vacillare, evincit Isidorus Pclus. lib. 2. Epist. 157.

C A P V T I X.

Christus caput super omnem Ecclesiam.

702 **V**NC titulum Christo disserit triuit Apostolus. Et quia Ecclesia non est tantum militans, sed etiam triumphans, siue primiceriorum in ecclesiis conscriptorum, quos inter numerantur Angelos; propterè perpicuum est hunc Christi titulum, spectate & homines & Angelos, cseque huic serici proprium. Ut autem liqueat, Christum vere esse caput Ecclesie, ex militante & triumphantem compacta, quod unum affirmo; dimissis damnatis, quorum a quo caput Christum statuit Puteanus 3. parte q. 8. dub. 1. nec abhorret Bonacina, disp. 2. de Incarnat. q. 18. puncto 1.n. 3. vt inquam liqueat, Christum esse caput modo propposito, duo sunt praemittenda: Primum est, Ecclesiam universam, esse corpus quoddam. Secundum est, hoc corpus non esse acephalum, sed habere caput mysticum, cuius natura & ratio aperienda erit. His iactis fundamentis perspicua erit veritas proposita.

• *Ecclesia, corpus Christi mysticum, cuius anima Deus.*

Ecclesiam voco Christi corpus, non quod ex Virgine suscepit, sed pro quo mortuus est, iuxta elegantem Petri Damiani distinctionem. Serm. 29. Alter dicitur, corpus non reale, sed mysticum. Quod ergo Ecclesia, sit corpus quoddam mysticum, seu morale, variis locis inculcat Apostolus. Sed fusse Ephes. 4. & Corinth. 12. & Roman. 12. vbi Interpretes fusse id versant. Itemque Turrec. lib. 1. summa de Ecclesia cap. 43. & 28. Esse huius veritatis innumera in Scripturis testimonia (ait Concilium Paris. lib. 1. cap. 2. Breuiter dico, cum anima & materia

apta constituant corpus physicum animalis, quod fit allusio in ea Ecclesia descriptione sub ratione corporis; dubitari non posse, quin Ecclesia sit vere corpus mysticum, iuxta illud Apostoli i. Corinth. 1. 2. v. 11. *Sicut corpus unum est, & membra habent multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum unum corpus sunt: ita & Christus.* Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus in Iudei, siue Genitiles, siue servi, siue liberi; & omnes in uno Spiritu potius sumus. Nam & corpus, nam est unum membrum, sed multa. His verbis si bene intropiciantur, Apostolus perspicue tradidit Ecclesiam Christi corpus, atque adeo Christum prout una cum suo corpore persona est; duo continere quae ad corpus spectant, nempe animam unam, ac varia membra subordinata. Eius quidem viuis corporis animam Deum esse, prout principium vita supernaturalis; corpus vero ex variis personis tanquam membris exutum.

703 Quod Deum dico iuxta Apostolum esse Ecclesie animam, vulgarissimum est in Scripturis & Patribus. S. Augustinus optimè serm. 186. de temp. [Spiritus noster quo vivit omnis homo, anima vocatur. Spiritus noster quo vivit singulus quisque homo, anima vocatur. Et videtis quid faciat anima in corpore. Omnia membra vegetat, per oculos videt, per aures audit, per narres olfacit, per linguis loquitur, per pedes ambulat, omnibus tamen ad eum membris ut vivant, vitam dat omnibus, officium singulis. Non audit oculus, non vident aures, non videt lingua, nec loquuntur artus & oculi, sed ramen vivit. Vivit, auris, vivit lingua, officia diversa sunt, vita communis. Sic est Ecclesia Dei; in aliis Sanctis facit miracula, in aliis Sancti loquitur veritatem, in aliis Sancti confedit virginitatem; in aliis sancti confedit paternitatem; in aliis hoc, in aliis illud singuli propria operantur, sed pariter vivunt. Quod autem est anima corporis hominis, hoc est Spiritus sanctus corporis Christi quod est Ecclesia. Hoc agit Spiritus sanctus in tota Ecclesia, quod agit anima in omnibus membris viuis corporis.]

Sanctus Gregorius ad vers. 1. Psalmi 4. Pernit. [Sicut est una anima quae diversa corporis membra vivificant, ita totum simile Ecclesiam, unus Spiritus sanctus vegetat et illustrat. Sicut namque Christus qui est caput Ecclesie, de Spiritu sancto concepsis est; sic sancta Ecclesia quae corpus eius est, eodem spiritu sancto complevit ut vivat; eius virtute firmatur, ut in vobis fidei & charitatis compage subsistat. Vnde dicit Apostolus, ex quo eternum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & contrarium, crescat in angomentum Dei. Itud est corpus, extra quod non vivificat Spiritus. Vnde dicit Beatus Augustinus; si vis vivere de spiritu Christi, esto in corpore Christi. De hoc spiritu non vivit hereticus, non vivit schismatics, non vivit excommunicatus. Non enim sume de corpore. Ecclesia autem spiritum vivificantem habet.]

Hoc ipsum est quod disserit & in acto signato profiteretur in Symbolo, afferentes spiritum sanctum esse spiritum vivificantem. Hoc enim est anima propria & germana summi, ut propterea extra dubium esse debeat, *concum facit.*

PAYNAL
Tomus De Christi
et
Tomus II
De Atributi
Christi
XVII

anum nEcclesiæ corpore tenere locum anima mysticæ , vitam corpori praesentia sua conferens. Nec aliter quoad ordinem natura pronuntiarunt Philosophi: qui Deum vocarunt *animam mundi*. Ita Aristoteles apud Clementem Alexandrinum in Protre. & Vattro apud sanctum Augustinum , quarto Ciuit. cap. 31. qui id ibidem latè reiecit. Et lib. 1. de consensu Evangelistarum c. 23. & reiciendum sine dabo est. si de physica animatione & informatio- ne sit sermo , quam vnam spectauit S. Augustinus . Philosophos tamen predictos , animam mundi vocasse Deum , quia omnia vegetat , & est operandi principium , quod in viuo corpore est animæ munus proprium , affirmat S. Gregorius Nyssianus orat. 37. & S. Athanasius in calce libri de Incarnat. & Auctoꝝ libri de ope- ribus Christi Cardin. serm. de Spiritu sancto. Est igitur Deus , anima Ecclesiæ. De vnione autem huius animæ cum suo corpore , consulendus D. Thom. Opus. 61. c. 20.

*Corporis Ecclesiæ, partes variae,
generatim.*

704 Iam verò Ecclesiæ corpus compingit ex variis membris, quæ sunt proportionata membris corporis naturalis. Vnde sicut in corpore animaliſ , sunt quædam membra quæ motu, quædam quæ virtutē apprehensio, nonnulla quæ vegetatiōibus deteriuntur: ita in corpore hoc myltico, idem cernitur, vt S. Thomas considerauit. 1. Corinth. 12. l. c. 4. Prima membra hoc est manus & pedes, conferens S. Thomas cum iis qui vita actiua distinentur. Secunda, cum iis qui vita contemplatiue sunt additi. Quamquam hos iuxta Nysseni de ventre allegoriam hom. 14. in Cant. tertium ordinem propositum tenere dixeris, collocatis in secundo P̄positis ac Rectoribus. Possimus etiam vegetatiōis vitæ addictos habere quos Epictetus apud Arrianum *venires & pudenda* nominabat. *Cares* plerumque nominantur, & *Spiritu* contrapontuntur. E ſanè in hoc corpore mystico, non eſt necesse omnia membra eandem vitam vivere : ſed quamvis omnia habeant Deum pro anima, tamen ſicut varijs ſunt in anima veluti gradus, quatenus varijs vite operationes principiantur. Ita Deus quatenus applicatur ſuā creaturæ, et principium uno modo ſupernaturaliter operantur (quia vna ratione eſt nobis tamquam anima,) habet rationem talis animæ ſupernaturalis & mysticæ : Habet autem rationem alterius animæ, quatenus coniungitur nobiscum ad operandum alio spiritualiſ vitæ genere. Hoc non contingit in vita corporali, quæ nobis per animam confeſtur. Cum enim anima noſtra ſit forma entitatiū ſimplex verèque ſub ratione formæ aktualis, & non tantum comprincipij efficientis iungatur corpori, impoffibile eſt , ut unum ſuum gradum confeſt, quin omnes communiceſt. At anima corporis mystici, ſive Deus, quia non vnitur immediate, ſed ad eum quem dixi modum, prout habitus infuſi affiſſentiam Dei coefficientis depofcunt, potest unum veluti gradum ſpiritualiſ vite confeſt, alio non collato. Siue fideles iusti habent omnes vitæ gradus, fideles verò peccatores, non habent nisi infinitum gradum vite ſpiritualiſ. At heretici qui non tantum charitate, ſed etiam fide exci-

Theoph. Raynandi de Atrib. Christi.

derint, omni spirituali vita defituntur: vnde ab Apoſtolo, *arbores bis mortæ* dicuntur.

His membris corporis mystici, ſive Ecclesiæ ſanctæ⁹, annumeranda ſunt agmina celestia, itavt corpus Christi mysticū quod eſt Ecclesiæ, non ex hominibus tantum, ſed etiam ex Angelis, tamquam ex vnius totalis mystici corporis membris, conformatetur. Inſinuator id ſepe apud Paulum, & definitum eſt in 1. Cone. Nicene, co canonis quem Franciſcus Turrianus reuult l. 2. de dogmat. Charact. initio , his verbis conceputum: *Vna eſt Ecclesiæ in celis & in terra] Quo fortassis reflexit S. Augustinus collat. 3. contra Donatistas, ſic ſcribens. [Proabant Catholici Patres, non eſt aliam Ecclesiæ à regno Dei: ſed vnam & eamdem , quæ nunc aliter eſt , & aliter poſtea futura.] Optimè quoque in Enchir. cap. 56. Ecclesiæ Catholicam quam in Symbolo profitemur, ex Angelis & hominibus coalescere conformat. Idem illuſtrissimè tradit Theophanes Nyſſen lib. contra Iudaos , deſcriptus ibidem à Turriano qui vnam Ecclesiæ ea Angelis hominibusque compingit, conformat ex Apoſtolo ad Hebreos cap. 12. cum ait. *Accipitilis ad montem, & accibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tuba sonum & vocem verborum, quam qui audierunt, excusaverunt ſe, ne eis fieret Verbum: Non enim portabamus quod dicebamus; Et ſi beſia terigerit montem, lapidabitur, & ita terrible erat quod videbatur. Moyses dixit, exterritus sum, & tremebundus: Sed accessit ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cœleſtem, & multorum milium Angelorum frequentiam, & Ecclesiæ primiutorum qui conſcripti ſunt in celis, & Iudicem omnium Deum, & Spiritus iuſtorum perfectorum, & teſtamenti noui mediato-rem leſum.] Hæc ſic Glosſat Theophanes. [Hæc ciuitas non eſt, vt illa in Palestina; non inquam locus eſt ex muro & lapidibus, & calce adificatus, plenus hominibus, ſed potius cœtus naturæ rationalis, cum incoptoreum tum corporeæ , quæ Christum Deum habet artificem, auctorem, Regem, Pontificem, iudicem, gubernatorem, patrem nutrictum. Verùm hic cœtus beatus qui Ecclesia Christi dicitur, non eſt totus in celis; imo parua eius pars in terra breui tempore, alii alio tempore ſibi ſuccendentibus, versatur.]**

Habes & Theophaniſ ſuffragio, & quod caput eſt, Apoſtoli auctoritate ab eo adducta, conformatum: *primitiorum noſtrorum*, hoc eſt Angelorum qui nobis ſunt primogeniti, & *iuſtorum perfectorum*, id est consummatorum per mortem, ducta ab Athleris metaphora; & noſtri omnium qui accessiſe dicimur coalitum in vnam ciuitatem, & in vnum cœtum, ac corpus. Vox Græca quam vulgatus verrit *frequentiam*, Græcē eſt *panegyris* , de qua pulcherrime S. Chrysostomus orat. de S. Philogonio tractans hunc locum. Ex Theolepto Epifcopo Philadelphiæ lib. 2. de ſchismate, aliud per pulchrum locum quo ex Angelis & hominibus, cœlōque & terra vnam Ecclesiæ confici, traditur. Adducit Turrianus lib. 2. de Euchar. c. 12. Nec plura hoc loco generatim de Ecclesia mystico corpore, eiufque membris.

obiter de partibus quibusdam dissimilaribus eiusdem corporis.

705 Pateret circa eadem in particulati spectata, latus ad excurrendum campus, si lu- beret excurrere in ea qua de variis membro- rum humani corpori accommodacionibus ad varias in Ecclesia personas, traduntur in Scripturis & Patribus: referendo scilicet, qui dicantur Ecclesia oculi, qui aures, qui dentes, qui manus, qui pedes, & huiusmodi alia. Passim sane vide- mus, in Scripturis eolum malignantium & Ecclesiam impiorum, variis membris humana referentibus instructam representant. Audi breuiter Ioannem Sarisberensem lib. 8. Policrat. cap. 17. [Habet & Respublica impiorum caput & membra sua, & quasi cuiilibus instituti legitime Reipublice initium esse conformis. Caput ergo eius, Tyrannus est, imago Diaboli;] Tyrannum, praemiserat esse malum superiorem Ecclesiasticum:) anima hereticorum, Schismatis, sacrilegi, Sacerdotes: & ut verbo Plutarchi utr, praefetti religionum impugnantes legem Domini. Cor consilij impiorum, quasi Senatus iniquitatis, oculi, aures lingua, manus inermis, iudices, & leges, officiales iniusti. Manus armata, milites violenti, quos Cicero *Larvones* appellat. Pedes, qui in ipsis humilioribus negotiis praeceptis Domini & legitimis instituti aduer- tantur.] Hec cum de impiorum, Republica, & mystico iniquitate corpore vere dicantur, con- sentanee ad Scripturas & Patres, a quo, imo potiore iure, de Ecclesia Dei in contrario sensu affirmati possunt, seruata proportione. Multus est in huiusmodi mystico genere patrum ap- fiendo Gregorius Nyssenus hom. 7. in Cant. & Isidoro de Ieroni lib. 1. de Imperio militantis Ecclesie titulo 9. q. 3. Per satyram duxerat si- gnabo aliquos, dimissi intumeris qui alibi vbiuis protestant, a quibus certae in Ecclesia persone, ceterorum membrorum nomina ha- bent.

Oculi, Presides & Superiores in Ecclesia. Nyssenus hom. 7. in Cant. Isidorus Pelus. lib. 2. Epist. 112. & egregius Raymundus Jordanus, Uticensis Prepositus in opere de oculo mystico, quod pene me est. Hoc nomen ei Scrit- tori qui haecenus vulgo dicitus *Idiotus*.

Aves, Plebs fidelis, verbi Dei bibula, Ori- genes hom. 2. in Cant. & in cap. 12. ad Ro- manos.

Nasus, Discreti & sapientes in Ecclesia. Ho- norius Augustod. in cap. 7. Cant. & pulcherr. Philo Carpini ibidem, tractans eum Leuit. 21. qui parvo, vel grandi, vel torto naso erant, re- pellerentur a sacerdotio, defectu discretio- nis.

Gene, Martyres. Richardus suo cap. 38. in Cant.

Osi, Interpres legis divinae, habens loquendi gratiam, Origenes hom. 3. in Exod.

Lingua, Concionator Apostolicus. S. August. in Psal. 67. & plerique Patres ibi, ad illud, *lin- gua canum tuorum*.

Dentes, Doctores. Nyssenus hom. 7. in Cant. Augustinus in Psal. 3. versu. 8. Petrus Damiani serm. 3. de Ioanne Baptista & innumeri apud Delrium Cant. 4. ac Sandrum libro 6. Theol. Symbol. commentar. 5. Exercitat. 11. Certè

Apostolus 2. Timoth. 2. Doctorem factum vo- cat *egregius* a rella scandem, quod denis est propter epitethum.

Labia, Concionatores, Richardus suo cap. 38. in Cant. Petrus Damiani serm. 19. *Vel* tenui, duo Testamenta, que concorditer aperta, im- pluerunt vocibus Dei, orbem terrarum. Autor commentariorum in Proterbia ad c. 8. Tomo 8. Hieronymi.

Mansi, Administratores bonorum Eccle- siae. Nyssenus hom. 4. in Cant.

Veneri, Boni confugati. Richardus c. 38. in Cant. Apud August. item ad illud *adbebit in tra- via venternoster*, corporis Christi & Ecclesie, venter, sunt carnales & imperfecti.

Pedes, Apostoli Clemens Alexandrinus 2. Paedagogi cap. 8.

Capilli, Apostoli. Nyssenus homil. 13. in Cant.

Vniuersaliter bonam partem praedictorum membrorum ad varios Ecclesiarum status tamse- cularium quam sacrum resultat. Walafridus lib. de rebus Eccles. c. 1. in fine, ubi ex virtutibus illius status coniunctione una sit officii corpus. Com- etis membris officiorum suorum fructus ma- triu*s* utilitati conferentibus, dum oculus est in sapientibus qui doctribus, auctoribus in benevoliis Auditoribus, natus in discretionis amatoribus, manus in operatoribus, pedes in proficiensibus, venter in compatientibus, humeri in labore toleratoribus, & cuncta in ceteris, ut non sit schisma in corpore.]

Partes Principes eiusdem corporis. Cor, Spiritus sanctus.

706 Sunt huic quoque mystico corpori, partes sue principes, de quarum precelentia non potest esse licet in modis est inter Physicos & Medicos, de praecellentia partium principum corporis animalis. Hic partes principes, sunt plane aequales, & eiusdem dignitatis. Cor Ecclesiae, iuxta S. Thomam 3. parte quarta. 8. art. 1. ad ultimum, est Spiritus sanctus. Et meritis- mo Spiritus sanctus in mystica Ecclesia cor- pore confortur cordi, quod est spirituum vita, & remoue queque animalium officia, & atx vita corpore. Similiter enim Spiritus sanctus, est fons & principium vita spiritualis, & ab eo procedunt omnes spiritus, quorum inter- uentu aliquid spiritualiter agimus. Nemo enim potest dicere. Dominus Iesus, id est aliquid quod modolibet ad salutem pertinere, ac supernatu- rale operari, nisi in Spiritu sancto. Hic ut sic dicit Cyillus Hierosol. cath. 16. est gratiarum omnium Parochus, fons inquam omnis Spiritus, quod est principium operationis & moris spiritualis in nobis. Scite Origenes in Ezechie- lius expendens illud, qui prophetavit de corde suo cor non suum quo Ecclesia res Dei erat, de quo Moses, Paulus, & alia primaria Ecclesia membra hauserunt ait esse Spiritum sanctum. Nimis quia Spiritus sanctus est promptuarium, quod omnes spiritualis vita functiones promuntur. Quemadmodum a corde corpore ob proportionalem rationem, pendet vita corporea. Idque spectabile videtur S. Dionysius cap. 15. Cœlestis Hierarchie, cum dixit, cor esse Deiformis vita Symbolum; illius inquam

vite quam Spiritus sanctus vivificans, prestat anima nostra.

Scio Origenem hom. 18. in Iosue eorū Ecclesiae, assignare eum qui omnia cum ratione & prudētia gerit, & ita cuncta dispensat, quasi non sit aliud nisi cor. In quem sensum interpretatur nomen Calebi quod ait sonare quies cor. Et eodem sensu dixit Oseas, loquimini ad eorū Hierusalem, ideft ad Rectores & Consiliarios eius. Verum Origenes ibi, non accipit cor pro primo vita principio, ut nos hīc accipimus; sed pro parte rationali, quae frequens est usuratio cordis in Scripturis. Praefat ergo cum Origene priore loco, Spiritum sanctum eorū Ecclesiae agnoscere, quod fecit etiam Guliel. Abbas ad fratres de monte Dei, sub finem, tractans locum ex 2. Corinth. 6. [Apostolus inquit,] prudenter interserunt Spiritum sanctum dicens castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in spiritu sancto, in charitate non fida, in verbo veritatis, in virtute Dei. Vide enim quomodo tanquam omnia facientes, ordinantem, & vivificantem, in medio bonarum virtutum, sicut cor in medio corporis, constituit Spiritum sanctum. Ipse est enim omnipotens artifex creans hominis ad Deum bonam voluntatem, Dei ad hominem faciens propitiationem, formans affectionem, dans virtutem iuvans operationem, agens omnia fortiter, & disponens omnia fuanter. Ipse vivificat spiritum hominis, & continet in unum, sicut & ille vivificat & in unum coniungit corpus suum. Homines doceant Deum querere, Angeli adorare: solus ipse est, qui docet inuenire, habete, & fui.]

Caput eidem necessarium. Visibile & secundarium, Romanus Pontifex; primarium Christus.

707 Altera pars princeps mystici corporis, in qua thesaurus opulentissimus cerebri) ut Theodoretus serm. 3. de Prudentia sc̄re dixit tanquam in arce custoditur, caput est. Omnia clementia (de quibus supra,) tanquam truncum conseruntur & implantantur. Omnia ibi functiones animalium principium. Ibi penus & promptuarium spirituum animalium, quorum est ad sensationes & motum, summa necessitas. Ibi anima veluti tribunal, ait Cassiodorus lib. de anima cap. 15. Ibi totius diuinī operis quasi culmen, iuxta Laetantium libro de opif. Dei cap. 20. Ex aliis luculentā huius membrorum omnium rectoris elegia, cuiuslaui in Scalias à visibili creatura ad Deum gradu vnde cīmo. Unus pro omnibus sat hic erit S. Ambrosius qui sic habet 6. Hexaēm. cap. 9. {Vt cœlum eminet aeri, terris maria, que velut quedam membra sunt mundi: ita etiam caput, supra reliquos artus nostri corporis cernimus eminere, præstantissimumque esse omnium; tanquam inter clementia cœlum, tanquam arcem inter reliqua urbis mensa.} In arce autem hac, regalem quandam habitare sapientiam, secundum Propheticum dictum, quia oculi sapientis, in capite eius. Hanc esse ceteris tutiorē, & ex illa omnibus membris vigorē prudētiamque deserit. Quid enim robur & validitas lacerorum proficiat, quid velocitas pedum, nisi capitū velut Principi-

pis sui, Imperialis quādam admiringulatur potestis? ex hoc enim aut deſtituntur vniuersa, aut omnia falciuntur.] Et mox [Quid sine capite est homo, cū totus in capite fit? Cum caput videris, hominem agnoscis. Si caput deſtituſ, nullū agnitus esse potest. Iager truncaignobilis sine nomine. Sola ære ſuſa. Principium capita, & ducti vultus de ære vel de marino, ab hominibus adorantur. Non immēritō igitur, huic quasi consultori ſuo, cetera membra famulantur, & circumferunt illud ſeruili gestamine, ſicut mamen, atque in ſublime locatum vēhūnt. Unde censoria potestate, quid vult dirigere, quorūdam obsequiū ſeruulorum, & p̄cepta ſingulis obeundā decernit. Videas Imperatori ſuo, ſingula gratuī ſtipendio militare. Alia portant, alia paſcent, alia defendunt, & ministerium ſuum exhibent, parent ut Principi, ancillantur ut Domino. Inde velut quiedam procedit teſera, quam debeat pedes obire regionem qua militia munia manus conſummandis operibus exequantur, quam venter abſtimendi vel edendi formam, imposita teneat disciplina.]

Hoc ergo tanta in corpore necessitas ac præcellentia membrum, non potest in mystico corpore defiderari. Laetantium lib. 6. inſtitut. cap. 9. fidem pro capite mystici corporis, virtutes reliquias pro corpore agnoscit. Sed incommode. Quidam enim potius caput chafatas?

Video fore qui confeſſum ingerat, caput Ecclesiae de Patrum omnium ſententia eis Romani Pontificem. Nam frequentissimum eſſe, ut is dicitur Ecclesiae caput, neminem latet. Et multa in eam rem addenſant qui de prærogatiis Romani Pontificis diſerunt. Præter cetera ita loquitur Concilium Chalcedon. Ep̄ſtola ad Sanctum Leonem. Et S. Gregorius lib. 11. Regit. Ep̄ſt. 42. Inſigniter omnino S. Cyrillus in opere Thesauri, citatus a Sancto Thome Opusculo 1. sub ſinem, his verbis. [Ve membra maneamus in capite nostro Apoſtoli co throno Romanorum Pontificum, a quo noſtrum eſt querere quid credere, quid tenere debemus.]

Et quamvis ea verba in opere Thesauri quod nunc extat, non habeantur, quia muſilum eſt: tamen nemo Sanctum Thomam censuerit adeo vel malignum, vel effrontem fuſile, ut cum Gracis agens, voluerit testimonium configere, ſequi Gracis præbēti ridiculum. Quin etiam Gennadius agens de Pontificis Primatu, in deſtione capitis quinti in Concilio Florentino determinatiſſe. 12. initio, & Andreas Colofensis ſect. 7. Concilij Florentini, vterque Gracius, Cyrilli locum agnoscunt Germanum. Egregie denique Gelasius Papa traſlatu ſuper edito, & ſubnexo appendici Codicis Theodosiani pagina 184. Sanctum Petrum inter Apoſtolos ſimiſi virtute ſuccinctos, compagis corporis Christi caput conſtitutum fuſſe ait, ut capite conſtituto, chismatis tolleretur occasio.] Quæ verba habet etiam S. Hieron. lib. 1. contra Iouin. Infert verò inde Gelasius eo loco, & Ep̄ſt. ad Orientales quod aq̄ue dixerat Felix Tertius Ep̄ſtola 5. quæ eſt ad Flauitam Constantinopolitanum omnes vbiuiſ terrarum Ep̄ſcopos, cum eligeantur, illiſo curaſe confirmari, & ſolidari per Pontificem Romanum. Eſſe igitur Romanum Pontificem caput Ecclesiae, in con-

RAYNAL
 Tomus I
 De Christi
 et
 Tomus II
 De Atribi
 Christi
 C VI

348

Sectio IV. Cap. IX.

fesso est apud Catholicos. Nisi igitur Ecclesia
 corpus monstrosum esse velimus, & biceps, vi-
 debitur cupiam non esse quærendum caput
 aliud: neque hoc refecto & decollata Ecclesia,
 vt August. serm. 45. de verbis Dom. *in fine lo-*
quitur; aliud ei caput appingendum.

Nihilominus certum est, Christum solam, esse
 primarium Ecclesia caput; quamvis secun-
 dariò, & sub Christo, Romanus Pontifex sit
 quoque caput Ecclesia, quidquid mustent Hæ-
 retici, Calvinus præsertim lib. 4. Institut. cap. 6.
 §. 9. vbi ex eo contendit non esse Papam caput
 Ecclesia, vt est apud Catholicos ratum, quod
 caput Ecclesia Epesiorum 4. Christus esse
 prodatur: eiusque idecirco corpus, passim dic-
 tur Ecclesia, non Pontificis Romani. Et veri-
 sum quidem diceret, Christum esse primarium
 caput, Pontificem autem non esse Ecclesia ca-
 put, nisi sub Christo, qualis est Ptorex sub Re-
 ge, in regno. Ideoque sicut regnum non dicitur
 Proregis, ita Ecclesia non dicitur corpus Pon-
 tificis. Tamen negare non debuit Pontificem
 esse Ecclesia caput, visibili, Christo primario
 capitio nunc inuisibili, subiunctum: quod tamen
 pro Christo, non sit caput, sed membrum infer-
 ius, vt est apud S. Gregorium lib. 4. Epist. 28.
 Hunc nodum late & bene expedit Gabriel le-
 ctione 23, in Can. littera M & N. demon-
 strans, rationem primarii capitii quæ Christo
 competit probè cohærente cum ratione capitii
 vicarii, assignata Romano Pontifici.

Scripturae, pro Christo Ecclesia capite.

708 Est igitur corporis huius mystici ca-
 put mysticum primarium, & absolutè dictum,
 Christus Dominus. Hoc Scripturæ, hoc Patres
 infinites produnt. Apostolus luculent. 1. Cori-
 nth. 12. *vos estis corpus Christi, & membra de*
membro. En fideles dictos *Corpora Christi*, quia
 ei subsunt ut capiti S. Thomas ibi lect. 3. codem
 refert illud, & *membra de membro.* Quod Theo-
 doretus, & Oecumenius, passimque alij Græci,
 ita accipiunt, ut sensus sit, *omnes qui vibique sunt fideles, corpus sunt Christi: vos autem Corinthis, non estis soli totum corpus, sed estis membra eius; non omnia, sed ex parte.* Paucis sed
 pulchriè Isidorus Peluf. lib. 4. Epist. 104. Rogati-
 tus huius loci sensum, sic respondit. [Arbitror
 quia quotquot vibique viuunt homines, Eccle-
 sia viuensalib sub Sole per totum orbem di-
 spersæ, corpus constituent Christi; Corinthij
 vero pars erant huius corporis. Ideo Paulum
 hoc dixisse; *Ex parte:* quasi diceret, Ecclesia quæ
 apud vos est, membrum est Ecclesia viuensalib
 vibique locorum diffusa. Quamobrem ax-
 quum est, vos non solum inter vosmetipso
 (discordias enim fouebant,) verum etiam cum
 omnibus per orbem tertiarum degentibus pa-
 lant fidei focus, concordiam solete omni discordia
 procul relegata.] Etherius & Beatus scri-
 bentes contra Elipandum *sub finem libri 2.*
membrum de membro, interpretantur *particulam*
vnius membra. Et accommodant iis qui in Ec-
 clesia subsunt, quia sunt sub membris. Orige-
 nes hom. 7. in Leuit. *membra de membro* in-
 terpretatur, *non plenè & integrè, sed ex parte tantum:* quia ob imperfectiones hæ nostras, non
 sumus plenè membra Christi. At S. Thomas,
 cum aliis modis à sensu proposito alienis, tum

hoc primum exponit ea verba; *vos estis mem-
 bra dependentia de Christo membro.* Notatque
 S. Thomas, quamvis Christus secundum diui-
 nitatem non habeat rationem membra aut par-
 tis, tamen secundum humanitatem dici *mem-
 brum.* Est enim caput, quod utique membrum est.
 Id tamen durisculum videtur, & refellit eam
 Apolloli expositionem de dependentia Cabas-
 las in expositione Liturgiæ cap. 38. [Christi Ec-
 clesiæ (inquit) si quis videat ponetur eo ipso
 quod ei vnius est, & est eius canis, particeps,
 nihil aliud videbit quam ipsum corpus Domi-
 ni. Propterea hanc rationem, *vos estis corpus*
Christi (inquit Paulus) & *membra ex parte.* Non
 enim Christi in nos curam & prouidentiam in-
 structionemque & admonitionem, & nostram
 in eum subiectiōnem significare volens; illam
 quidem caput, nos autem membra appellavit;
 sicut & nos cognatum vel amicorum mem-
 bra, vocamus, hyperbole vtentes; sed illud ipsum
 significans quod dicebat, fideles scilicet iam per
 hunc sanguinem viuentes in Christo vitam, &
 verè ab illo capite dependentes, & hoc corpo-
 re induitos.]

109 Idem Apollonus Coloff. 1. agens de
 Christo, *Ipsa est caput corporis Ecclesia, quæ est*
principium. Hunc locum tanquam illuſtissi-
 mum adhibet ad hanc veritatem comprobando
 S. Gregorius ad verbum primum Psalmi 4.
 Ponit, adiungitque alia Scriptura loca (sunt
 autem propè infinita,) quibus Christus in per-
 sona membrorum & corporis sui, aliquid pro-
 ferens inducitur. [Nec mitandum si ea qua no-
 bis solummodo congruunt, quasi sint sua Christus
 pronunciat. Vnum quippe corpus est tota
 sancta vniuersalitatis Ecclesia, sub Christo Iesu, sub
 videlicet capite constituta. Vnde ait Apollonus,
Ipsa est caput corporis Ecclesia qui est principium,
primumgenitus ex mortuis. Ipsa est enim que per
 Prophetam iucundatur & dicit nunc exaltat
caput meum super inimicos meos. Pater enim, fi-
 lium qui est caput Ecclesia, super inimicos eius
 exaltauit, cum destructo mortis imperio, in hoc
 illum maiestatis equalitate constituit, cui & di-
 xit; *Sede à dextris meis, donec ponam in mei*
tuos scabellum pedum tuorum. Christus itaque
 cum tota sua Ecclesia, sive quæ adhuc vestitæ
 in terris, sive quæ cum eo iam regnat in celis,
 una persona est.]

Eadem doctrina infinites apud S. Augustinum
 inculcatur, nominatimque in Psl. 30. ad ver. 1.
 post plura, verbis illis. [In membris Christi,
 Christus. Et ut noueritis, quia unus dicitur
 Christus, caput & corpus suum, super dicit cum
 de coniugio loquetur, *erunt duo in carne una.*
 Igitur iam nonduo, sed una caro. Sed forte hoc di-
 cat de quocunq; coniugio. Audi Apollonius Pan-
 dum; *Et erunt duo,* (inquit) *in carne una.* Secu-
 mentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo
 & in Ecclesia. Fit ergo tanquam ex dubibus
 una quadam persona, ex capite & corpore, ex
 sposo & sponsa. Nam vnitatem personæ huius
 miram & excellentem, commendat etiam Ela-
 vias Propheta. Nam loquens etiam in eo Chri-
 stus, vt in Propheta ait, *sicut sponsus alligavit*
mihi mitram, & *sicut sponsam ornauit mero-*
mentum. Se dixit sponsum, se sponsam. Quare se
 sponsum, se sponsam, nisi quia duo in carne
 una? Loquatur ergo Christus, quia in Christo
 loqui

loquitur Ecclesia, & in Ecclesia loquitor Christus, & corpus in capite, & caput in corpore. Audi Apostolum hoc ipsum evidenter exprimentem: *sicut enim corpus unum est, & membra habet multa; omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum est corpus, sic & Christus.* Loquens de membris Christi hoc est, de fidelibus, non ait, *sic & membra Christi*, sed totum hoc quod dicit, Christum appellavit. I Optime item in Psal. 61. & 42. & 122. & serm. 61. de verbis Domini, & hom. 21. in Ioannem. Est ea de re vna apud Ticonium regula. Hac ex Scripturis, & modo loquendi Scripturarum, accommodata ad vendicandum Christo homini, dignitatem capitatis Ecclesiæ.

Patres, Christo vendicantes eundem titulum.

710 Autoritas verò Patrum, disertè & explicitè agnoscentium, Christo Deo homini competere titulum capitatis Ecclesiæ, ferè superflue videtur proferta: cum proutib[us] immixta pro hac veritate testimonio. Panca selectiora produco. S. Epiphanius heresi 80. reprehensens Messalianos, qui comam fouebant oblongam, ait id Nazareis ex voto olim licuisse, donec veniret votum mundi. Christo autem orbi monstrato, & in caput nostrum constituto, non esse ignominia afflictendum virile caput, nutriendo comam; quod est, ipsum Christum caput nostrum, probro afficere & decorare.

Nyssinus hom. 13. in Cant. tractans illud *caput eius aurum ceras*, premissa notione vocis illius Hebreæ, quam ait relictum Hebreæ, quod interpres verbum Græcum eiusdem emphatis despondet, significare tamen aliquid planè immixtum, & sincerissimum ac purissimum defecatum, subdit. [Hoc ut de dicto protopofito statuimus, adducimur: nimirum corporis Ecclesiæ caput est Christum. Christum verò nunc dicimus, non hoc nomen ad æternitatem Deitatis extenderentes, sed ad hominem, Deitatem in se recipientem; qui conspectus in terra est, & cum hominibus vestitus; ipius videlicet virginitatis germen, in quo habitauit omnis plenitudo Deitatis corporaliter ipsas primicias communis massæ, per quam Verbum naturam nostram induit redditam immaculatam, & ab omnibus adhaerentibus ei naturaliter virtutis expurgatam. Sic enim Vates de ipso loquitur, *peccatum nullum perpetravit neque iniuria fraus est in ore ipsis*, qui tentatus est per omnia ad similitudinem naturæ nostræ, excepto peccato. Corporis igitur Ecclesiæ caput, & totius nature nostræ primitia, aerum est parum, & alienum ab omni vitiostatibus missura.]

711 S. Augustinus 1. Trinitatis cap. 12. [Secundum formam Dei dictum est, ante omnes collegiunt me: id est, ante omnes altitudines creaturarum. Et ante luciferum genui te; id est, ante omnia tempora, & temporalia. Secundum formam autem servi dictum est; Dominus creauit me in principio viarum suarum quia secundum formam Dei dixit, ego sum veritas, & secundum formam servi, ego sum via. Quin enim ipse est primogenitus à mortuis, iter fecit Ecclesiæ sua ad regnum Dei, ad vitam æternam, cui caput

est ad immortalitatem etiam corporis: & ideo creatus est in principio viarum Dei, in opera eius. Secundum formam enim Dei, principium est quod & loquitur nobis: in quo principio, fecit Deus celum & terram. Secundum autem formam servi, sponsa procedens de thalamo suo. Secundum formam Dei, primogenitus omnis creatura, & ipse ante omnes est, & omnia in illo constant. Secundum formam servi, ipse est caput corporis Ecclesiæ. [En Christum hominem, caput nostrum ad immortalitatem, & caput corporis totius Ecclesiæ. Pulchritudine & fons sicut. 12. ex. 30. nouis tractans illud Esaiae 57. inhabitatib[us] in monte sancto meo, quod de Christo dicitur putat, quem vulnus appellatum monem. [Quia corpus eius est Ecclesia. Ipsa Ecclesia est mons. Et quid ipsa Ecclesia? corpus Christi. Adiunge illi caput, & fit unus homo. Caput quis est? hic qui natus est de Virgine Maria, qui suscepit carnem mortalem sine peccato, qui à Iudeis caesus, flagellatus, contemptus, crucifixus, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrectus propter iustificationem nostram. Ipse est caput Ecclesiæ, ipse panis de illa terra. Corpus autem eius quod est? Coniux eius, id est Ecclesia. Erunt enim duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Sic & Dominus in Evangelio, cum de vita & uxore diceret, *igitur iam non sunt duo, sed una caro.* Ergo unum voluit esse hominem Deum Christum & Ecclesiam. Ibi caput, & hic membra. Sed ideo morti voluit caput, ut prius resurgeret caput, prius iret in celum caput, & in capite suo spem haberent cetera membra, & expectarent impleri erga se quod premissum est in capite.]

S. Chrysostomus hom. 3. in ad Ephes. in morali ex eo quod homo sit Christi capitum corpus, egregie plane illum stimulat ad virtutem, utique miratur mystice esse, quale fuit Christi corpus realis. [Si corpus Christi es (inquit) fer crucem; Ille enim tulus, fer purulentas ac laniosas exercitations; fer alpas, fer denique clavos. Tale era illud Domini cui corpus, illud inquam corpus, quod nullum admisit peccatum, neque dolus invenitus est in ore eius. Manus ipsius nihil non fecerunt, quod ad subleuandam liberaliter alienam inopiam pertineret. Nihil os illud promebat aliquando indecorum. *Demonium habet*, audiuit, nihil interim miserrimum respondebat.] Hoc plane est, non modò Christum Ecclesie militantis caput agnosceré, sed etiam eximium inde fructum decerpere. Alium egregium fructum indidem colligit hom. 3. in ad Colos. [Complures sunt (inquit,) qui gaudent in malis, & corpus Christi diuillunt magis quam milites, qui lancea illud incidebant: aut quam Iudei qui clavis perforabant. Minus illud malum erat quam istud. Membra illa que tum intercedebant, denuo coadiuvata sunt. Ista vero australi, nisi hinc iterum coniungantur, nunquam coniungentur amplius, sed manebunt extra corpus. Quando fratrem impugnare vis, copia te membra Christi impugnatorum, & cessabis ab insania.] Sed de fructibus ex hac veritate colligendis, infra dicendum. Nunc duntaxat spectamus quod hi fructus aperiè supponunt, nempe Christum agnoscere à S. Chrysostomo, caput Ecclesiæ.

Allatio

Alleljo fidelium in Christi capitis membra, & per Incarnationem, & per Eucharistia sumptionem.

Ecclesia cuius Christus caput, Angelos quoque complectitur. Scriptura in eam rem.

712 Verum quia Christum, Deum hominem, esse in humanitate caput Ecclesia protulit homines complectitur, & homines esse membra eius, vix est cur renocetur in dubium; idque passim inculcant Scripturæ & Patres, misum faciamus laborem proferendī plura Scripturæ & Patrum testimonia, quibus id testatum sit. Illud etiam ut certum s'upponamus, hanc hominum in Christi corpus confectionem per mysterium Incarnationis factam esse. Eo ipse enim quod Verbum caro factum est, & de plenitudine eius gratiam haurimus, ei concoloramur ut membra; habemusque Christum pro capite. Qui tamen communicant Christi corpori perceptione Eucharistia, habent specialem titulum, quo Christi capitis membra dicantur. Quod unum puto voluisse Isidorum Pellicib.
3. Epist. 135. verbis illis. [Natura nostra supernè regenita est, (divina & omnem orationis vim ac facultatem excedente regeneratione, tanquam ex machina quadam excogitata,) & redempta & sanctificata, & in adoptionis ius adducta, & iustificata; & Virginitati cohaeres affecta est, ac per sacramentorum perceptio- nem concorporeo ipso redditum, & in ipsis carnem carentur. Et quemadmodum corpus capiti, eadem modo ipsa ei copulata est. Quod quidem, cum D. Paulus Christi sensum velut proximus condus animaduertisset, nunc quidem his verbis vtebatur, & ipsum donavit super omnia caput Ecclesia; hoc est, praeter alia omnia beneficia, hoc eam munere affect, ut Christus ipsius caput sit. 3. Suffragantur multi Graeci Patres, qui locum Apostoli Ephes. 3. & 5; de gentibus Christo concorporalibus, & membris corporis eius, quia de carne eius & de ossibus eius accipiunt, refutant ab Eucharistia, nos Christo concorporales, & eius membra facientem. Ita S. Cyrilus lib. 1. in Ioann. cap. 16. & lib. 2. Gla- phyr in Genes. cap. de Adam. & in cap. 60. Esaiæ, ac S. Irenæus lib. 5. cap. 2. quos adducit Turranius lib. 2. de Eucharistia cap. 6. quibus adde Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor. & hom. 83. in Matth. quatenus ait, nos sumendo Christum in Eucharistia, effici corpus eius.

Illud quoque hic non omittamus, scitè Nyssenum Orat. 12. (imo 13.) contra Eudonium, colligere ex proposita doctrina de Christo hominum fidelium capite, infidelem quicunque esse corpus truncum. {Qui à fide (inquit) diuulsus est, caput magis habet ab eis, & à cervice reuolum, quam illi alienigena. Quoniam omnis viri caput, est Christus, sicut ait Apostolus. Virum autem, fidem omnino verisimile est nominari. Non enim infidelium Christus caput esse potest. Qui à fide seruantes protinus rescissus est capite caret, haud secus quam ille Goliath suo gladio iugulatus, quem aduersus veritatem exacerbat, à verbo capite ditemptus.}

713 Iam ad id conferamus opem, vt constet de quo apud aliquos fuit controvrsia; videlicet Christum Deum hominem, non hominum modò, sed & Angelorum caput esse; sicutque merito à nobis fuisse possum, Christum esse caput super omnem Ecclesiam, non multatatem dumtaxat, sed etiam triumphantem: Et corpus mysticum, cuius caput Christus est, non modò homines complecti, sed etiam Angelos. Hoc iniciati sunt nonnulli, quibus videtur aripulatus S. Chrysostomus hom. 1. in ad Ephes. fin. ibi sic haber. [Vnum omnibus caput, Pater imposuit; Christum videlicet secundum catenam, & Angelis & hominibus. Nempe Angelis ipsum dedit caput secundum aliam originem: & hominibus, his quidem quod secundum catenam est; illis vero quod secundum Deum Verbum. Perinde atque dicit quispiam de domo, cuius pars flaccida sit, ac cariola venusta ruinam interminatur; altera vero pars fortis sit. De integrō reparauit dominus, hoc est fortiorē redidit. Fundamentum quippe impedit solidius. Ad hanc dicendi formulam, praeclara loco differit Paulus, hoc est omnem creaturam, sub unius capitis redigit divisionem. Sic enim omnium unitio facta fuerit, sic exacta abolientur que connexio contigerit: cum uniuslibet unius caput coacti fuerint, necessarium vellet compaginari desuper habentes.] Quis eo loco fuerit Chrysostomi sensus mox aperte ponens alia ex eo loca, perspicue ferentia Christum hominem esse caput Angelorum. Quid agnoscent communiter Scholastici apud Sacrum Tomo 1. 3. partes disp. 13. sec. 1. qui recte quidem pronuntiat id non esse aparte etiam ex fide: ait tamen esse multo probabilem, cum sint pro hac parte, egregie pleraque Scriptores & Patrum testimonia, quorum nonnulla leggenda delibero.

714 Apostolus Ephel. 1. postulat à Deo, ut innoteat fidelibus, que sit supereminentia magnitudo virtutis eius in nos qui credimus, secundum operationem potentie virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constitutus ad dextram suam in celislibus, supra omnem principatum, & potestatum, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quadruplicatur, non solum in hoc sacculo, sed etiam in saturo. Et omnia subiectis sub pedibus eius, & ipsius dedit caput supra omnem Ecclesiam, que effectus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplentur.] Non est quod hic locus, de Christo prov. Deo accipiat. [Claram est virtus Theodoretus] Apostolum hæc omnia posuisse tanquam de homine, ea enim de causa admiratione etiam ductus est.] Anmitique ibidem Hieronymus. Præmissis enim bene multis de Christo Deo simul & homines subdit. [Hoc quod ait, & ipsum dedit caput super omnia Ecclesia quæ est corpus ipsius, non solum hominum, sed etiam Angelorum cunctarumque virtutum, & rationabilium creaturarum, Ecclesia intelligi potest.]

Hic igitur qui suscitatus est à mortuis, & cui Deus

Patres ad idem institutum.

Deus omnia subiecit sub pedibus, quod ex Hebreorum primo, de Christo homine accipitur; qui item sensim omnia in omnibus adimpletur, quod de Christo homine ratione sui mystici corporis in dies perfectioris ac plenioris datum est. Hic inquam Christus homo Deus, teste Apostolo, constitutus est caput super omnem Ecclesiam etiam cœlestem & Angelos, ac principatus omnes superiores comprehendentem. [Omnem Ecclesiam dicens,] ait ibi Hilarius Diaconus. Summatum totū comprehendit, quod in celo est & in terra.] Idem iuxta Chrysostomum, & Theophilactum, & Oecumenium, sonant illa eiusdem capituli primi. *Gratianus nos in dilecto Filio suo, &c. vi nostrum facere nobis sacramentum voluntatis sua, secundum beneficium eius, quod proponit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, que in celis, & que in terra sunt in ipso.* Hanc institutionem, & vt Graeca habent ἀναπατῶν ecclesiastum & tertiarum in Christo. Doctores predicti, idem aucti sonare, quod redigere Angelos & homines sub unius capitis dictione, vniuersaque eos in uno capite Christo. Et quamvis addere videantur, id in Christum cadere ratione diveritarum naturarum; itavt ratione divinae naturae, sit caput Angelorum; ratione vero humanitatis, sit caput hominum: tamen Apostolus qui à perte agit de Christo ut homine, eam distinctionem naturatum secundum quam Christus sit caput, neque propositus neque insinuavit. Vnde mens eius ex qua sola nunc argumentatur, stat à nobis in verbis illis, de Christo Angelorum & hominum capite, expositis.

Erit aliud perillustris in hanc rem locus apud Apostolum Colos. 2. in ipso inhabitat omnis plenitudo diuitiarum corporalium & estis in illo reperi, qui est caput omnis principatus & potestatis. Hæc verba, ut euincant intentum nostrum, commentatio non egent. Perspicue enim in eis agitur de Christo homine. Nec minus diserte, Christus substantialiter & re ipsa Deus & homo, statuitur caput omnium Angelorum.

Insignis quoque est locus ille Davidis psal. 117. quo Christum, lapidem reprobatum, ait factum in caput Anguli, ei per similem qui caput summum faltigium erat templi Salomonici; de quo David Propheticè viso, sic prænuntiavit, ut existimat Villapandus Tomo 2. in Ezech. lib. 5. cap. 54. Aedificium autem ex duobus parietibus confurgens, quibus lapis iste in caput anguli est superpositus, S. Hieron. Ephes. 2. & Laurentius Iustin. ferm. de Ascensione, & lib. de Connubio verbi, cap. 9, auctor esse Ecclesiæ ex Angelis & hominibus coagumentam, & tanquam ex duplice pariete confurgentem, ut scilicet dixit Ortho Frising. lib. 8. Chron. cap. 32. ac insigniter & cum magna virginum gloria Blesensis. 2. 8. sub fine. Breuiter idem ferm. 15. describens septem unitates. [Sextam (inquit) fecit Christus; ipse enim fecit vitraque unum. Ante Christi adventum, Angeli non cognoscabant nos conciues, sios, sed detectabantur nos tanquam cines Babylonie. Sed Christus pax nostra, soluit parietem inimicitiarum inter nos & ipsos; & ita iam nostra conuersatio in celis est. Nam non permitit Angelus se adorari à Iohanne, quia concius est eius, & conseruus Christi.]

Theob. Raynaldi de Attrib. Christi.

715 Ex variis Patrum testimonii, signa nonnulla. S. Gregorius hom. 8. in Ezech. tractans illud, *super similitudinem throni, quasi similitudo hominis defuper*, postquam monstratur thronorum nomine omnes Angelorum ordines intelligi, subdit. [Super thronum similitudo hominis, qui & super illas virtutes que & ipsos Angelos antecedunt: nostri est gloria Redemptoris. Notandum ergo qui ordo seruat; Super animalia enim firmamentum, super firmamentum thronus; super thronum, homo est desribitur: quia & super sanctos homines, adhuc in hac corruptione corporis viuentes, Angeli, & super Angelos, superiores, & Deo proximæ Angelicæ potestates; super potestates Deo proximas, eleuatus est Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.] Agit manifestè de Christo prot homine, & de eodem non pure ut altius locato, sed (vt postmodum aliquoties loquuntur,) Angelis quoque præsidente, quod verè est capitis, ut mox patet.

Origenes optimè hom. 6. in Iosue agens de Principe militiae virtutis Domini, adorato à Iesu Nau. [Quis enim alias est Princeps militiae virtutum Domini, nisi Dominus noster Iesus Christus? Omnis namque cœli militia, sive Angeli, sive Archangeli, sive virtutes, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia hæc quæ per ipsum facta sunt, sub ipso Princepe militant, qui est Principium Princeps; & qui largitur principibus principatum. Ipse est enim qui dicit in Evangelio; *Esto potestatem habens supra decem ciuitates. Et alij. Esto tu potestatem habeni supra quinque ciuitates.* Hic est, qui accepto regno regressus est.] Rufus hom. 1. in Ezech. vocat Christum, *Principem militiae cœlestis.* Et addit, idcirco post eius in terra aduentum, apertos est cœlos, quia Angeli huc frequentes commeant, ut Principi suo sint frequentes.

716 S. Augustinus in Psalm. 36. Conc. 3. [Nofitis & agnoscitis, & intelligitis, quia in hoc positi estis, & ira credidistis, quia caput nostrum Christus est; corpus capitis illius nos sumus. Nunquid soli nos, & non etiam illi qui fuerunt ante nos? Omnes qui ab initio seculi fuerunt iusti, caput Christum habent; illum enim venturum esse crediderunt, quem nos venisse iam credimus; & in eius fide & ipsi natu sunt, in cuius & nos: ut effet & ipse rotius caput ciuitatis Hierusalem, omnibus connumeratis fidelibus, ab initio usque in finem; adiunctis etiam legionibus & exercitibus Angelorum, ut fiat illa una ciuitas, sub uno Rege, & una quædam Provincia sub uno Imperatore, felix in perpetua pace & salute, laudans Deum sine fine, beata sine fine.] Eodem referto, quod habet libro de Agone Christi, cap. 20. Nam loquitur de vniuerso populo sanctorum, atque adeò etiam de sanctis Angelis, ait, [Quamvis eadem natura sit corporis Ecclesiæ, multum tamen distare inter caput & membra cætera, quis non intelligat? Si enim Ecclesia caput est homo ille, cuius susceptione Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, membra cætera sunt omnes Sancti, quibus perficitur & completerur Ecclesia. Quomodo ergo anima totum corpus nostrum animat & vivificat,

Y

cat,

Sectio IV. Caput IX.

352

cat, sed in capite & viuendo sentit, & audiendo, & odorando, & gustando, & tangendo, in ceteris autem membris tangendo tantum: & ideò capitum cuncta subiecta sunt ad operandum; illud autem supra collatum est ad consulendum; quia ipsis animae, qua consulti corpori quodammodo personam sustinet caput, ibi enim omnes sensus apparent: Sic vniuerso populo Sanctorum, tanquam vni corpori, caput est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.]

S. Bernardus serm. 73. in Cant. [Nec infirmitas inhonorata remansit. Hinnulus est, parvulus, caprea quoque similis perhibetur tanquam factus ex muliere; attamen super montes Beethel, atrox excelsior cœlis factus. Non dicit *excelsior cœlis manens vel existens*: sed *excelsior cœlus factus*, ne quis putet de illa natura dicendum, in qua est qui est. Sed & ubi præfertur Angelis, melior nihilominus perhibetur effectus, & non dicitur *manens vel existens melior*. Ex quibus appetat quod non modo in eo quod ab extero est, sed etiam in eo quod tempore factus est, omnem sibi eminentiam vindicet supra omnem principatum & potestatem, supra omnem denique creaturam, ut potè primogenitus omnium creature. Itaque *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus*. Hoc quidem Apostolus. Mihi autem non videtur errare si quis etiam sapientiae & fortitudini Angelorum, præferendum dicat idem stultum infirmumque Dei.]

S. Chrysostomus hom. 3. in ad Ephes. ad illud *dedit caput super omnia Ecclesia* (ita enim legit,) in primo fenu illorum verborum, docet Christum esse Angelorum quoque & celestium omnium virtutum caput. Et quanvis littera Apostoli accommodatiore dicit alium sensum quem profert; tamen cum quem nunc retuli, non repudiatur tanquam falsum, sed planè admittit. Porro non pugnat cum hoc Chrysostomi loco, ille alius qui superius in contrarium adductus est ex hom. i. in eamdem Epistolam. Eius enim loci sensus est, Christum quam Deum, cum esset pars Christus, fusse Angelis homogeneum: sicut quatenus homo est, habet cum hominibus affinitatem, & cognitionem; & idcirco habuiisse cum virtute rationem conuenientis capitis, quia homogeneitatem aliquam depositit, saltem in una natura: quamvis etiam secundum aliarn naturam, supposita alterius adiunctione, caput recte denominetur.

717 S. Anastasius Sinaita lib. 11. Hexaëm. fere in fine, tractans nomen *Eua matris omnium viuentium*, quam ait esse Ecclesiam, subdit, [Si me nunc virget Iudeus, ut intelligam corporalem Adamivxorem, matrem omnium viuentium; necesse est omnino, ut dicā eam esse matrem Angelorum. Nam illi etiam plusquam nos, sunt viuentes. Quid ergo, (inquit) Ecclesia est ne etiam mater Angelorum? Nequam: sed quoniam vit eius est coruus creator, adoptione etiam dicitur eorum mater. Quoniam ipsis etiam fecit eius administratorios spiritus, qui mittuntur ad ministerium ad eam, & pro ea. Oportet enim eos seruire adoptiuæ matri, & coniugiviri eius, & Dei ipsorum. Unde cum omnia continet & vivat, Deus impo-

suit ei nomen maximè generale, & comprehensivum: eam appellans *viam*; siquidero *viam* est nomen personale, sed vniuersi & comprehensivum: nam & in Deo & Angelis, & in hominibus congenita est vita.]

S. Agobardus idem disserit habet his verbis serm. de Trinitate. [Quod autem mediatio mediatoris Dei & hominum Domini nostri Iesu Christi, coniungat Patri omnem electam creaturam, ita ut ista ineffabilis unitate spiritus nullus sit diuersitas generis, conditoris, & sexus, sed tam ex Angelis, quam ex hominibus vna domus & vna ciuitas Dei fiat; Atque huius tantu[m] & tam mirabilis unitatis, vna caput Christus, ita docet Apostolus. Nolite mentiri innicim: expoliante vos veterem hominem cum æliis eius, & induenies, nonnum, quem querentur in agnitionem, secundum imaginem eius quæreantur cum; ubi non est gentilis & Iudeus christi miscito & præputius, Barbarus & Scyba, seruos & liber, sed omnis & in omnibus Christus.]

Rupertus lib. 2. in Leuit. cap. 4. tractans illud, Ecce quam bonus & quam iucundum, habentes fratres in vnum. [Continuo (inquit) habitum. Sicut vnguenum in capite, quod descendit in labrum Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Non ergo longè, sed prope est in ore & corde nostro mysterium vñctio[n]is huius. Bonitatis namque & iucunditatis fratum habituum in vnum signum fuisse illius vnguentifusionis, ita cecinimus. Porro habentes fratres in vnum, quid est nisi omnes vnius Patris Dei, filios effectos, habentes Principem & Salvatorem vnum Christum, quomodo multa corporis membra caput habent vnum: habendo felici concordiam, per vnum diffusæ in cordibus suis charitatis spiritum. Ita plane quod dicitur hoc est. Tale bonum, tali que iucunditas est, habentes fratres in vnum, qualem per illud significari placuit, quod præsenti loco scriptum est, quia fundens oleum super caput Aaron, vinxit eum & consecravit. Et utique quia benigna largitatem fuisse est, primum in barbitullis, & deinde in oram vestimenti eius descendit. Mox hoc caput corporis Ecclesie, monstrat esse Christum. Et Ecclesiam accipit pro omnibus per Christum gratiam adeptus, quales sunt Angeli, iuxta Rupertum.

Postquam denique pro hac sententia profert omnes illi Patres, qui censuerant, Luciferum cuique partios, idcirco rebellasse & cecidisse, quod recusarint subditi homini, diuinis constituto capiti corporis Reipublicæ totius mundana, ex Angelis & hominibus integrata: & quod naturæ humanae eam sublimaret in imitatem, censent autem hoc plurimi Patres, prolati in Tractatione de Angelis. Idem igitur Christum Angelorum & hominum commune caput, agnoscent.

Triplex capitum mysticæ conditio in Christo, erga homines & Angelos.

718 subiungo suffragium rationis, qua dicta est ex germana notione capituli mystici. Hanc Durandus in tertium dist. 1; qu. 2. n. 5. triplicet

triplici prærogativa supra cetera eiusdem corporis membra contineti docet, ordinis scilicet, perfectionis, & virtutis. Nam ut liquet ex analogia ad caput in corpore animalis, caput ordine primum & supremum est. Et enim velut quoddam cœlum in hac minoris mundi domo, ut loquitur Alexand. 2. Problem. quæst. 68. vbi de capitis ad cœlum proportione fusi. De qua etiam videndum Plinius lib. 11. cap. 37. eum de Cœlo capitum, & Artemidorus lib. 2. cap. 38. Sicut igitur cœlum ordine dignitatis ac situs supereminet omnibus mundi partibus; ita & caput omnibus membris animalis. Eaque ex causa, ut est apud Sanctum Ambrosium serm. 20. in Psalm. 118. capite mīni, est sine nomine fieri: quasi solum caput, plus ceteris omnibus membris ad hominis constitutionem conferat, & solum sit homo. Quod non leuiter confirmat vñs loquendi receptus, quo singula capita, siugulos homines dñimas: vel centum capita, homines totidem. Liquet ex his de ordine dignitatis, deque eminentia in capite physico; nec non etiam de perfectione eius supra membra cetera. Estque illa longe maior capitis perfectio, ex omnium sensuum concursum, evidens. Nam cum alibi vñicus vigeat sensus tactus, in capite omnium simili sensuum, & extermotum & interni, sedes est locata. Postrema capitis physici prærogativa, est directio, & influxus in corpus reliquum. Quæ fere causa est eminentia capiti concessæ. Eam capitis physici prærogativam, egregie tradit S. Ambrosius lib. de Arca & Noe cap. 7. expendens illud Genel. 6. facies arcam, & in cubo consummabis eam a summo. Cum enim vniuersum arca opificium, Philonem fecutus, transferat ad humanum corpus, ceteras quidem arca partes cum reliquo corpore componit; cum capite autem, confert consummationem illam cubitalem in summo positam. Ut reliquo corpori mensura libi convenientis ad gratiam decore quadraret caput hominis, tanquam regali arca adiungetur; ex quo cum sensus onus ad ceteras partes corporis transfundentur, tum maximè oculi, velut speculatores & custodes, appositi prouidentia, propè totum orbis nostri statum desuper contueruntur. Ipsaque mens illic locata secundum plurimorum sententiarum, & maximè Salomonis, qui ait, Oculi sapientis in capite eius quasi in aula imperiali, virrūtum consilium sibi contrahat, quo stipata comitatu, & ipsa munitor sit, & tanquam ex edito quadam tuendit omnia corporis regimen impetrat, responsa proferat: per quæ possimus nos ipsos, non solum retrò alpicere; nec solum quod ante pedes est videte, sed etiam cœli ipsius secreta, profundo obtutu spectare sapientia.] De directione igitur totius reliqui corporis per caput, & eiusdem influxu, maximè per spiritus animalis, quibus sensations omnes, & motus vniuersos administratur, satis superque ex dictis liquet.

Christi eminentia supra homines & Angelos: & eorum quoad perfectionem excessus, duæ prime capitū eorum conditiones.

719 Has capitis physici prærogatiwas, capiti morali mystici corporis aquæ debitas, præ Theoph. Raynaldi de Autrib. Christi.

corpo eius caput appellatur, facile erit ostendere in Christo, qui rationem capitis habet ad corpus Ecclesiæ, ex Angelis & hominibus coaginatum. Ac de eminentia quidem & perfectione, res est extra omne dubium, tam quod ad ceteros quoquis homines, quam quoad Angelos. Nam quoad homines, cum nemo fuerit inter eos maior Ioanne Baptista; *tamen qui minor est in regno celorum*, id est Christus, *maior eß illo*; iuxta optimam illorum verborum Glossam, traditam à D. Augustino Tractatu 13. in Ioannem, & lib. 2. contra Advers. cap. 5. nec non ab Epiphano hæresi 26. & à Theophilaceto ac Euthimio Matth. 11. Egregie in hanc rem philosophatur idem S. Augustinus in præfatione enarrationis 2. psalmi 29. referens in adicatum huic Christi supra omnes homines eminentia, errorem Apollinaristarum, [Aliqui ipsorum (inquit,) dixerunt hominem quem suscepit sapientia Dei, & in quo expressit personam suam non sicut ceteros homines, sed sicut dictum est in Psalmo Vñxix te Deus, Deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis; id est, amplius quam participes tuos. Ne putetur sic vñetus Christus quomodo ceteri homines, quomodo ceteri iusti, quomodo Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli & Martyres, & quidquid magnum est in genere humano. Quandoquidem nihil maius exitit in genere humano quam Ioanne Baptista, nec in natu mulierum maior exirexit. Si quaris excellenciam hominis, Ioannis Baptiste est. Cui autem Ioannes se dicit non esse dignum corrigiam calceamenti soluere; quid erat ille, nisi amplius quam ceteri homines? Nam secundum Deum & secundum Diuinitatem, & secundum id quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, super omnem creaturam aequalis est Patri, sed agimus de homine. Forte putat quispian vestrum Fratres, quia homo ille suscepit à sapientia Dei, aequalis erat ceteris hominibus. Si in tuis membris, multum distat inter caput & cetera membra, certe omnia membra faciunt corpus unum, multum tamen interest inter caput & cetera membra. Etenim in ceteris membris, non sensis nisi tactu. Tangendo sensis in ceteris membris in capite autem & vides, & audis, & olfacis, & gustas, & tangis. Si tanta est excellencia capitis ad membra cetera, quanta excellencia est capitis vniuersae Ecclesiæ, id est, illius hominis quem voluit Deus mediatorem esse inter Deum & homines?]

Appono præterea per illustrem S. Gregorij locum ex 18. Moral. cap. 32. circa illud, non adquabitur ei aurum vel vibrum, quod sic Glosset. [Quantalibet sancti claritate & perspicuitate fulgeant: aliud est homines esse sapientes in Deo, atque aliud esse hominem sapientiam Dei. Quam profecto sapientiam ille veraciter agnouit, qui mediatori Dei & hominum aliquem comparare sanctorum, minime præsumpsit. Unde & subditur, nec communabuntur pro ea, vas auri exulta & eminentia. Exultum quippe vas auti Helias extitit, & exultum vas auri Hieremias, exulta atque eminentia vas aurea, prioris Patres facere. Sed haec Dei Sapientia, vi a carnali nos conuertere redimeret, apparuit in carne, & qui illam non rater non agnouit, Mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, unum esse ex Proptericis putauit,

Yy 2 quem

Sectio IV. Cap. IX.

354

quem electorum oculi, fide tenerunt Deum, cum viderent hominem. Vnde ab eo Sanctis Discipulis dicitur; *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Cui cum pratinus responderent; *Alij Ioannem Baptistam, alijs Heliam, alijs vero Hieremiam, aut unum ex Prophetis;* de suo mox sensu requiruntur; *Vos autem quem me esse dicitis?* Cui protinus Petrus, totius Ecclesiae voce respondens ait; *Tu es Christus filius Dei unius.* Quia igitur iuxta Pauli vocem, Christum nouimus Dei virtutem, & Dei sapientiam, Petrus pro hac sapientia, *vas auri excelsa,* & eminentia commutare noluit, quia de illa non aliud quam erat, intellexit. Magnum quippe, ut dictum est, vas auri Ioannes, magnum vas auri Helias, vel Hieremias fuit. Sed quisquis eundem Deum quemlibet corum esse crediderit, vas auri excellum, & eminentis pro sapientia commutavit. Ecclesia vero, pro hac sapientia vas auri excelsa, & eminentia non commutari, quia Christum filium Dei, non unum esse Prophetatum, sed omnium Prophetatum Dominum credit. Et mox [Quos puros homines esse sciunt, Deo homini omnino non conseruant. Vnde adhuc subditur, *Nec commemorabuntur in comparatione eius.* Omnes enim superne patris electi, sancti quidem & iusti suntis participatione sapientiae, non comparatio. Quid enim sunt homines Deo comparati? Lumen est sapientia: lumen & serui sapientiae vocari solent. Sed illa lumen illuminans, isti lumen illuminatum, sicut scriptum est: *Erat lux vera qua illuminata omnia hominem venientem in hunc mundum.* Ipsi autem tantummodo dicitur: *Vos estis lux mundi.* Iustitia quidem, sapientia, iustitia, & serui sapientiae nuncupantur; sed ista iustitia iustificans, isti autem iustitia iustificata: *Deo quippe qui sapientia est, dicitur; et si fit ipse iustus & iustificans:* isti vero dicunt, *et nos efficiemur iustitia Dei in ipso.* Alter ergo venerandum est lumen illuminans, alter lumen illuminatum: alter iustitia iustificans, alter iustitia iustificata. Hac faciunt plurima, que de Christi praecellentia, & inadequabili per putum quemvis hominem perfectione, sparsim diximus tota opere.

720 Quoad Angelos vero, Christi eminentia est liquida ex Apostolo Ephes. 1. qui Christum statutum ait, *supra omnem potestatem.* In qua verba, insignis est S. Chrysostomi Glosa hom. 3. sic enim ait. [Omnem (inquit,) principatum, non hunc quidem, illum autem non, sed omnem principatum & potestatem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, si quod est in celo;] Omnibus etsi superior. Hoc de eo qui est excitatus a mortuis, quod quidem dignum est admiratione. Nam de Deo Verbo, nequaquam. Nam quod sunt culices ad homines, hoc est omnis creatura ad Deum. Si omnes homines reputabantur tanquam salvia, & reputati sunt tanquam momentum statera, que sub aspectu non cadunt, potestates, pone tanquam culices. Sed de eo quidem qui fuit ex nobis, hoc est vero magnum & admirabile. Ab infinitis enim terra partibus, eam exultit. Si omnes gentes tanquam filla, unus homo quoniam pars est filia? Sed eum fecit omnibus superior, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Sunt ergo potestatum quarundam nomina nobis non signata, neque nota. Et eminia

subiecta sub pedibus eius.]

De perfectione vero Christi supra Angelos, tricari quis posset. Verum, etiam si dubium non sit paulominus ab eis immunitus, (natura enim humana, est Angelica depeffitor;) Tamen specie etiam nexus humanitatis cum divinitate, & ad eius substantiale constitutionem pertinet; item dotibus ac bonis supernaturalibus creatis, prae quibus omnes naturales perfections sunt planè nihil, non est dubium quin Christus sit Angelis perfectior: vt propterea S. Gregorius neget ad quendam Christo autum obizum, id est Angelos, locus est eximus e lib. 18. moral. cap. 29. [Non dabitis aurum obizum pro ea, Quid namque per autum obizum, nisi sancti Angeli designantur? Qui recte & avaro vocantur, & obizum aurum quia fulgent claritate iustitia: obizum, quia nullum habuerunt unquam contagium culpæ. Homines vero inquit quidam in hac carna corruptibili mortaliter vivunt, aurum quidem esse possunt, obizum omnino non possunt: quia corpus quod corruptitur, aggrauat animam, de primisque tenebra in habitatio sensum multa cogitant. Non quanum in hac vita ex magna iustitia claritate resplendent, nequam tamen ad putum peccatorum sordibus carent, Ioanne Apostolo testante, qui dicit; Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est: & affirmante Iacobus qui alias dicens; In multis enim offendimus omnes, Propheta etiam deprecante, qui ait; Ne manus iudicium cum ferro in quo non inficiatur confelix tuo omnis viuens. Aurum ergo obizum illi nuncupantur, qui in ea qua condit sunt innocentia perduntur, & fulgent claritates iustitiae, & nullis vel minimis maculosis sordibus culpa.] Et tamen aurum hoc, etiam obizum, non aquat Dei sapientiam Christum, perfectione & dignitate: sed longe subius ei iacet. Exercitus Angelorum (ait S. Epiphanius orat. de Laudibus Deiparae,) sunt scelobalper dum Christi & pugnantes nec videbant possunt, nec contingere, quem appressis labilis Virgo oscularuntur.

Tertia capituli mystici conditio, Directa in fluxus; ac primum directio horum per Christum.

721 Rata itaque & certa Christo est, respectu hominum & Angelorum duplex praerogativa capituli moralis de qua haec enim: neque eminentia, & excellus quoad perfectionem. Tertia quae in directione & influxu sita est, non est adeo evidens: Et ipsa tamen civici potest, tum quoad homines, tum quoad Angelos. Directionem hominum per Christum, monstrabunt sufficenter que infra profertur de Christo Doctore iustitiae, & Luce mundi, ac Sole iustitiae: itavt qui eum sequitur non ambulet in tenebris, sed sciat quid vadat quia lucem mundi videt. Nec parum etiam eam nostram per Christum directionem firmant, que de Christo nostra virtutum & perfectionis exemplari perfectissimo, quem equentes ad exultitam perfectionem proximo tecumur, diuinius exhibito, sumus

RAINAU
Tomus I.
De Christi
et
Tomus II.
De Atribi
Christi
XVII

Christus caput Ecclesiæ.

355

periū sunt disputata, agendo de perfectionibus voluntatis Christi. Nunc obiteridem confirmo, ex eo quod plerique Patres Christum dicunt expressum in columna nubis, que erat Hebreis dicitrix viae. Signo nonnullos. S. Cyrillus lib. 4 in Ioann. cap. 28. tractans illud, *Domine ad quem ibimus: verba via eterna habebes;* docet ex his verbis haberi, solum Christum esse sequendum, eaque in hærendum tanquam fido ductori. Quod confirmat exemplo Hebreorum quibus prævia columna facta est dux via. Idipsum autem facta & re ipsa prefigit Christum, quod columna illa typice significabat & materialiter prestatbat, sic docet sanctus Cyrilus [Quando igitur Sapientia domum sibi (vt Salomon dicit) edificauit & verius sibi tabernaculum, templum illud constituit, quod a Virgine assumpsit, in quo inconfabiliter ex finu Patris descendit factus homo; tunc iam illuminatus, & iuxta Paulum in die ambulantibus, nubes factus, atrum peccatorum extinguit. Errantibus vero adhuc, & quasi nocturnis in tenebris degentibus, illuminans ignis constitutus, in ardorem Spiritus eos transforma, feruere namque Spiritu, bonus atque fideles credimus: nec aliud quam quod diximus, nubis in die super tabernaculum, ignis vero in nocte viam speciem significasse putamus. Scare autem & sequi ad nubes motum & statum iubebuntur, vt illud intelligas quod a Christo dictum est: *Qui mihi ministeriat, me sequitur: & ubi ego sum, ibi sit & minister meus.* Fixum enim esse ac inuiduibiliter hære Christo, fidem oportet, quod ex ambulandi cum eo voluntate ac opere significatur, non enim corporis itinere id intelligitur, sed virtute atque animo perficitur.] Et in calce capituli, post longam ad Christum aptationem omnium que intra tabernaculum claudebantur, quia columna super tabernaculum, ex quo se mel creatum fuit, conspiciebatur, eamdem directionem tabernaculo praesignavit tribuit & sic concludit. [Tendebatur autem tabernaculum, omniaque continebat, vt vnum omni non multa esse viderentur. Vnus enim, quamvis multifariam in nobis intelligitur, Christus est. Tabernaculum quidem propter catnis tegumentum. Area vero legem habens reconditam, vt Dei Patris Verbum, Mensa, vt cibis & vita, Candelabrum, vt lux spiritualis. Altare incensi, vt odor suavitatis in sanctificatione. Altare holocauti, vt hostia pro totius mundi vita ad crumen acta. Omnia vero haec sanctificantur: quia quocumque modo Christum intelligas, totus factus est. Tabernaculo igitur praecedente, Hebrei sequebantur, stante cæstra interabantur: et nos discamus, nullum alium datum nobis esse dicem ad salutem, quam Verbum Dei hominem factum.]

722 S. Ambrosius serm. 5. in Psal. 115. ad v. 1. dicitur. I gem viandi sanctis commenantes, ducente Christo, esse prescriptam, orditur a directione filiorum Israël per columnam. [Prescribat enim illos Deus per diem in columna nubis, vt refrigeraret viantibus: Noctu autem in columna ignis, vt viam ostenderet ambulantibus, & tenebras dimoueret. Lex viarum, columnæ & ignis & nubis. Denique in columna nubis loquebatur ad eos. Vbi volebat exercitum requiecerere labore itineris, non monebatur columnæ aignis, nec transiabat nebula lucis. Quando

autem volebat exercitum mouere, prouehebatur & columna ignis in nocte, columna autem nubis in die. Illa autem columna nubis specie quidem præcedebat filios Israël; mysterio au significabat Dominum Iesum in nube ventrum leui, sicut dixit Elias, hoc est in Virgine Maria. [Et mox exposta spiritualiter confessio ne itineris, & varietate mansionum, subdit. Variantur merita mansionum, quia nulli iugis in hoc sæculo vivendi potest esse successus. Bonus igitur Imperator, alibi manna eluenti populo ministravit; alibi potum de petra fluere, quo siuum populi restinguaret, augusta prouisione præcepit; alibi legem dedit; alibi triumphos donauit, vt hi beneficis fots exercitus, nullum prolixi itineris sentiret laborem. Itaque in illo populo typus fuit, in nobis veritas. Nos igitur commitamus iter nostrum duci Domini Iesu, qui legem primò introduxit; & antea pro Iesu in terram re promissionis in possessionem populo suo dedit. Sed etiam quando Moyses videbatur ducor esse, aderat illi Iesus: aderat autem illi, non palam, nec aperte ducorem aut principem populi sese gerens. Expectabat enim donec Moyses tempus expletet suum, quo completo successit Iesus. Itaque si consideres Scripturam dicentem; *Eruant dies eorum anni centum viginti.* Videbis mysterium plenitudinis temporum ex centum viginti annis, per quos & Moyses in monte requiecat, & Iesus manifestè mansionum suscepit principatum; vt iam non sub legis timore sit populus, sed resuscitatus à mortuis, fructu vita fruatur æternâ.]

Idem in Psal. 43. ex hoc hominum per Christum ducatu, exponit cur Christus sapientia in Scriptura sit dienus *Taurus* sic enim scribit, attinges benedictionem Iosephi. [Pulcherrima Scriptura Tauri decor eius. Sicut enim Taurus ducit armentum: ita Christus plebem gentium ducit ad Ecclesiam, inducit ad pacem, vt posset dicere, In loco pacis, tibi me collocauit: super aquam regenerationis constituit me. Huius Tauri decor pro captu nostra fragilitatis, armata secuta fuit precedente, vt vitam adipiscerentur æternam. Migravit hic Taurus, & mors refugit. Leo rugit, & quis non timeret? Verè maxima Taurus victima, vt ab Aduersatis assuamur testimonia. Que maior enim victrix, quam que mundi totius peccatum suo cruento mundavit? Audi quia ipsum Taurum dicit etiam sanctus Propheta Iacob, cum reuelaret Domini passionem, quem Iudæi postea persecuti sunt. *In furore,* (inquit,) *suo subneruauerunt Taurum.* Et ut aperiret quia de Iudeis dicebat, addidit; *Dindsight eos in Iacob, & disperdam illos in Israël.*]

723 Neque vero nobis duntaxat Christus Dominus, dux huius viae & peregrinationis censensus nam etiam antiquos premonstratens dixit. Prospiciebant enim, tametsi minus expressè quam nos, que itinera ad salutare Dei esset initurus, illisque insistebant. Quod Iob contingit, S. Augustinus lib. 2. de Peccato mer. cap. 11. ita exponit, cum retulisset Iobum fuisse a Deo increpatum. [Et ipsa increpatio qualis est, qua ex Domini Christi persona intelligitur? Enumerat ille diuina opera potestatis sua sub hac sententia increpans, vt eum dicere appareat: Nunquid potes haec tanta qua possim? Quo autem pertinet, nisi vt intelligat Iob, etiam hoc & diuinum inspiratum: vt pasceret Christum

Y y 3 stum

stum ad passionem esse venturam; intelligat ergo quām debeat æquo animo tolerari que pertulit, si Christus in quo peccatum, cum propter nos homo factus esset, omnīnō nullum fuit; & in quo Deo tanta potentia est. Nequaquam tamen passionis obedientiam recusat? Quod priuore cordis intentione Iob intelligens, responsioni sua addidit. *Aris auditu audiebam te prius, & nunc ecce oculus meus vides te; ideo vituperavi meipsum, & disabui, & affirmavi meipsum terram & cinerem.* Quare sibi ita in hoc tam magno intellectu displicuit? Neque enim opus Dei quo erat homo, recte poterat illi displicere, cum etiam ipse Deo dicatur, *opera mannum tuarum ne despexeris* sed profecto secundūm illam iustitiam qua se nouerat iniustum, se vituperavit atque distabuit, estimauitque se terram & cinerem, mente conpiciens Christi iustitiam: in cuius non tantū diuinitate, sed nec in anima, nec in carne, nullum potuit esse peccatum.] Quod de Iob à S. Augustino dicitur; profecisse illum ex prædemonstrata Christi sanctitate, & eminentissimis virtutum exemplis, æquè dici poterat de omnibus antiquis iustis; qui à longe prospicentes Christum, vt Apostolus docet, sublucēt inde notitia, dirigeabant ad omnem sanctitatem.

Angelorum per Christum directione.

724. Iam Angelorum directionem per Christum, intelligere ex eo possumus, quod illos adhiberi ad Ecclesiæ administrationem, Apostolus testis est Hebræorum 1. confirmans omnes esse administratorio spiritus, propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Omnes inquam, ut ad caput illud primum affirmat Ribera, & ibidem Iustinianus v. 14. à nom. 8. & annuit Viegas in cap. 12. Apocal. fecc. 8. ac Serarius in cap. 5. Iofue q. 45. *sub finem* Pineda in cap. 33. Iobi v. 23. n. 8. proferēs multos Patres. Et quamvis Suares lib. 6. de Angelis cap. 10. n. 4. & Valquez 1. parte disp. 244. cap. 2. ac alijs plerique Scholastici, missionem superiorum Angelorum arcent ad negotia grāvia & principalia: tamen hoc quoque nobis fatis est, vt intelligamus omnes Beatos Spiritus in Ecclesiæ bonū impendi, cum res fert. At hoc non sit absque directione Christi, qui Rex Ecclesiæ & Praes est, debetque omnia ad eius bonum facientes curare, & ad ministros omnes salutis hominum, subordinatos habere & quāmus ante Christi adventum fuerint humanae salutis administrati, & procuratores, tamen contulit eis Christus, vt fructuosis multo in procuratione illam incurberent. Quod Origenes hom. 12. in Luc. egregie tradit. Meritò igitur ei aduentores, fuerint subordinati. Hac refertur quod Christos Iohanni 1. agens cum Nathanaële, dixit fore vt *videtur calum apertum, & Angelos Dei ascenderemus ac descendentes super filium hominis;* quibus verbis vt D. Augustinus auctor est lib. 16. Cuius. c. 38. & lib. 12. contra Faustum cap. 26 fit allusio ad scalam Iacob de qua Genes. 18. in eo typo quem fūsē ad Christum accommodant Fernandus in visiones & Sandæus in Theol. Symbol. lib. 4. comment. 4. n. 8. & 9. Petra à Iacobo inuicta, Christum Ecclesiæ lapidem primarium, diuinitatis vnguine delibutum signabat: Angeli verò exhibiti sunt ascenderentes, ad significandum ministerium quod Christo exhibent, in Ecclesiæ

gubernatione, & animarum deductione ad gloriam, vt haber Origenes hom. 25. in Lucam: & aperte tradit S. Bernardus serm. 5. & 6. de Dominicis, qui ascensum de visione Dei, descendens de prædicto ministerio interpretatur. Neconsuming Angelorum, ad Nativitatem, Pallionem, vel Resurrectionem, aut Ascensionem Christi, referunt. Quos adducens Ribera in cap. Ioan. sub finem conciliat, dicendo omnibus illis temporibus, viros esse Angelos ascendentes & descendentes super filium hominis, propter Christum, & vt eius gloria sequirent. Et affuerat Christo cum nascienti vt lique ex Luc. 2. obliteratque S. Chrysostomus in Psal. 8. Inter eos Cherubim quoque ac Seraphim fuiles: cum etiā celstant ieiunare, vt habetur Matth. 4. nec non ad passionem se accingenti, vt est apud Lucam c. 22. Nec videtur dubium de Resurrectione & Ascensione. Tamen verius mihi videtur quod sit ibi Toletus annotat. 80. post S. Cytilium lib. 2. in Ioan. cap. 2. 1. videlicet, Christum verbis illis 16. 1. non egile de singulari aliquip Angelorum visione, sed de viuente ministerio quod Angeli Christo exhibent in bonum nostrum, & Ecclesiæ administrationem. Quae etiam etiā congruit plerisque scalæ Iacob interpretationes. Reportus tamen lib. 7. in Genes. c. 22. concinnet ad modum, sed longè aliter eum Angelorum ascensum & descendens est interpretatus: probat enim scalam esse Incarnationis mysterium, subdit [Videt & Angelos ascenderentes & descendentes per eam. Angeli Dei, id est, nunc] sancti predicatorum sunt veritatis, nuncij vel tellus virtutique, diuinæ pariter & humanae generationis Iesu Christi. Hi nunquam futuri & electi sunt fixi, consilient, nunquam enim putum Deum, aut purum hominem predicant esse fenes Aetate Iesum Christum, sed futuri ac desistunt in officio pede currentes, diuinæ ascenderentes, qui in principio erat Verbum, dicunt descendentes, quia Verbum caro factum est. Descendendo Deum hominem factum, ascendendo fidentem Deo hominem unum. Idcirco recte duo generatio[n]is huius predicatorum Matthæus & Lucas, ascensum hunc & descendens sibi diuiserunt, vt ille ab Abraham descendere vellque ad Virginis vecrum hic ab ipso, qui putatur filius Ioseph, ascenderet usque ad Deum.]

Hæc ille de more pereleganter, sed vt vides, extra litteræ seriem, cui conformis valde est sensus quem tradidimus. Greg. item Nilensis lib. de vita Mosis, eodem refert quod Cherubim appingebantur arcæ. [Cherubim quoque illa, inquit] quæ suis arcæ contingunt alii, ceteraque omnia, quæ ad futurum contegunt, omniaque tabernaculum describuntur, si quis ad superius respicit, Angelorum est mukirudo in tabernaculo ipso conspicta, quo corpore hæc, secundum Dei voluntatem, sustinuntur atque regunduntur. In illo cum tabernaculo yeri vetes nostri, & habitant & sunt qui ad ministerium mittuntur propter futuros salutis hæredes, qui sicut quidam annuli, in animos salvandorum immittuntur, ad sublimitatem virtutis ad terram defectos eleuantes.] Arcam autem Cherubum significare, neminem latet. Itaque Angeli arcem obtegentes, pedibus suis, eamque veluti circumplexentes, addictos Christi obsequio ecclesie spiritus in salutis

salutis nostræ procuratione insinuant. Ex quibus patet quod affi[n]tabam de Angelorum directione per Christum.

725 Quod si nomine *direktionis*, illuminationem & instructionem accipere velimus, negue hæc Angelis à Christo defuit. Testimonio namque S. Dionisij cap.7. Cœlestis Hierarchia, exponentes illas Angelorum percunctationes quæ extant Psalm. 23. & Esaiæ 62. ac 63. Christus per seipsum Angelos quodam docuit supernaturalia quedam mysteria quæ ignorabant. Eo tamenque pertinere videtur, quod Apostolus Ephes. 3. affirmat; delectum se à Deo, ad annunciam gentibus iu[n]ctigabiles Christi diuinitas, & dispensationem sacramenti absconditi à seculis in Deo, ut innotescat principitus & postea in cœlestibus per Ecclesiæ, multis formis sapientia Dei. Vbi certum esse debet, agi de bonis Angelis; explodendumque est quod Hilarius Diaconus apud Ambrosium communiscentur de illuminatione & abducione Dæmonum ab errore per Pauli prædicationem. Verba namque Apostoli simpliciter accepta, ut adiutorio illa in cœlestibus insinuat, & communis fere Patrum expositio tradit, cadunt in bonos Angelos: quos etiam S. Augustinus 5. de Genesi ad litteram cap. 19. intelligi vult nomine Ecclesiæ filius per quam innotescere Christi mysterium affirmat Apostolus. Non enim illud per Ecclesiæ, sumit in sensu quasi effectiu; itavt sensu sit, Angelos ab Ecclesiæ edoceri. Contrarium enim late traditur à S. Dionisio cap.4. Cœlestis Hierarchia sub finem: Sed sumit tanquam notam subiecti, vultque sensum esse, per Ecclesiæ coelestem, id est inter Angelos innotuisse sacramentum mortalibus absconditum. Sed simplicius est, & littera cohærentius, ut Ecclesia ibi sit terrena Ecclesia, per quam dicatur innotuisse Angelis mysterium Christi; quatenus occasiones Ecclesiæ à Christo edocet, confectum est, ut quod habet apud Athanasiū quest. 129. ad Antiochum in huī loci Paulini expositione, Angeli de aliis mysteriis pleraque saltem quod circumstantias perspicerint, quæ prius ignorabant. Quamvis enim Angelos à principio beatitudinis praesciisse Christi adventum doceat S. Thomas 1. parte quest. 57. art. 5. tamen pleraque tanti mysticæ adiuncta, primum perspexerunt, cum nobis ostensa sunt: quod est, Angelos habere à Christi capite directionem quam querabamus. Id quod late versat, eum Pauli locum expenden Gregorius Nyssenus hom. 8. in Cant. non satis comode intellectus a Theophilacto Ephes. 3. accipiens autem eum ea temperatione quam dixi. Et cum eadem temperatione accipienda sunt quæ S. Cyrillus in Thesauro, adductus à S. Thomas opusc. 1. cap. 26. & S. Chrysostomus prefatione in Ioannem Angelos & Beati Ioannis Euangeli pleraque mysteria edocet tradunt: quæ ut sonant admitti non posse, latè prosequitur Pterius in proleg. ad Ioannis Euang. disp. 8. Quod verò Anafasius lib. 1. Exercit. sub finem, ait Angelos à nobis Christum visiblemente habuissent eumque per nos cognouisse; & idcirco nos diligere, vel codem modo exponendum est; vel ita ut sit sensus, Christi corporationem & in substantia visibili aduentum, occasione nostri accidisse pro amore quo Verbum in nos exaruit: quod est magnum Angelis intentuum ad

nos diligendos. Quomodo enim non amarent quos vident ita à Deo & Christo amatos?

Quæ haec tamen de Angelorum directione per Christum caput, sunt constituta, illustrari & confirmari possunt, ex communissima & certa doctrina Theologorum cum S. Thomas 1. parte quest. 13. art. 4. ad 1. quæ negatur, Christum habuisse custodem Angelum. Christus enim idecirco non potuit ab Angelo custode dirigi, qui est dominus & director Angelorum, quippe caput eorum. Eam doctrinam de custode Angelorum nequaquam dato Christo domino, patres tradiderunt apud Suarem lib. 6. de Angelis cap. 6. n. 21. Optime verò id expedit! Origenes hom. 31. in Lucam, tractans quod tentator ex Scriptura Christo proposuit, *Angelis suis Deus mandauit te.* [Vide (inquit Origenes,) quo modo, & in ipsiis testimoniis, verisipellis est. Vult enim immunuere gloriam Salvatoris: quasi Angelorum indigeat auxilio, offenditur pedem, nisi eorum manibus subleuetur. Assumit testimonium, & interpretatur illud de Christo, quod non de Christo, sed de Sanctis generaliter scriptum est. Liberè quippe & tota confidencia contradico Diabolos super Christi persona hoc non posse intelligi. Neque enim indiget Angelorum auxilio, qui maior Angelis, & melius ipsis hereditatem consecutus & nomen. Nulli Angelorum vñquam dixit Deus; *Filius meus es tu ego bodes genū te.* Ad nullum eorum quasi ad filium loquutus. *Qui facit Angelos suis spiritus, & ministros suis ignem videntem;* sed ad Filium proprio suum, de quo innumerabilia loquuntur in Prophetis. Non indiget, inquam, Angelorum auxilio Filius Dei. Quin potius disce Diabole, quod nisi Iesu adiuvaret Angelos, offendit pedem suum. Et si quis Angelorum viuis est offendere, de quibus dudum lectum est *quia Angelos indicabimus;* ideo offendit, quia non extendit manum suam ad Iesum, ut apprehensus ab eo non offenderet. Quoniam enim in propria virtute confidens, non inuocas præsidium Iesu, offendisti, & credere in Iesum Christum filium Dei nolusti.]

Influxus Christi capituli in homines lapsos, cuiusmodi.

726 Restat ut influxum Christi in homines & Angelos, stabiliamus, & exponamus: Ac primum quoad homines, qui vel sunt Christo posteriores, vel anteriores, sive in statu naturæ lapsæ spectent, sive in natura integra, & in statu innocentia, pro illo per breui tempore quo durauit. De hominibus in natura lapsa, sive Christum antecepserint, sive sint subsecuti, certissimum est omnia gratia dona quæ accipiunt, ex Christi influxu esse derivata. Suppona dona gratia, etiam fanthanticis, concessa hominibus ante Christum fuisse. Quanquam fuisse qui negarent, ante Christi adventum collatam fuisse gratiam sanctificantem mortalibus, refert S. Thomas Opus. 1. c. 16. Damiani id heretico. Itaque extra dubium esto, collatam fuisse hominibus gratiam ante Christi adventum. Quod autem nonne addo, est; eam gratiam omnium mortalium in natura lapsa constitutorum, ex Christi influxu fuisse derivatam. Non ago de influxu physico, quem constat non posse locum habere in personas Christo anteriores: Et planè frustra

frustra inueni pro aliis, cum omnes Scripturae quibus ille Christi influxus afferri potest commodissimè & sufficientissimè exponi possint de solo influxu morali, de quo proinde solo, sum sollicitus.

Restrinxii item me, ad dona gratia; quia factor bona naturalia non prodire ab influxu morali Christi. Neque enim Christus venit, aut mortuus est, vt homines conderentur, vel vt Philosophi & Oratores euaderent, aliusque quibusvis bonis naturalibus abundant: sed vt iusti & sancti efficerentur: quod S. Augustinus infinites tradit, & nominatim Epist. 105. & 45. Et lib. de dono perseuer. cap. 8. & serm. 11. de verbis Apostoli à Christo prout Verbo conditos homines admittit, refecitos autem à verbo in carne, cui negat influxum in primam conditionem. Nimirum Christi. Scopus fuit, reparare non instituere naturam idéoque rametis naturali ornamentis gratuitis adauxit, circa naturalem tamen eius statum ac ordinem, nihil variavit. Sunt tamen qui hinc excipiunt eos qui exorari à parentibus, aut alia supernaturali ratione, esse acceperunt. Hos enim accepisse naturale esse per Christi merita affirmant, vt refert & latè reiecit Salazarus in Operc. de Concep. cap. 24. à num. 18. eo deueniens n. 2. vt dicat, etiam illos qui de sterilibus parentibus & vulva emortua nati sunt futuros fuisse quamvis defuisse supernaturale illud medium à Christo dimanans, quo iporum existentia exorata est: Tantum quippe precibus illis factum esse censet, vt qui ex aliis parentibus nascituri essent, interpolitis huiusmodi precibus, nascerentur ex istis. Hoc mihi argè persuadet, videturque pugnare cum illis verbis ex cap. 7. Ecclesiastice honora patrem tuum; & genitum matris tua non obliuiscaris. Memento quod nisi per illos, natus non fuisses. Nec sanè eum dicendi modum inire necesse, vt tuemur naturalia beneficia, ipsamque in primis existentiam, non obtinere homini ex Christi meritis quod S. Augustinus rectè statuit. Faciliè quippe dici potest, eos quorum natuitas datur parentium aut aliorum precibus, non fuisse quidem de facto ex aliis nascituros, si preces non fuisse interposita: Tamen quod ex his nascantur positis precibus, hanc non esse gratiam Christi respectu sobolis sic edita: esse tamen magnum Dei creatoris beneficium, aliter à Deo concessum quam per Christum, cuiusmodi etiam est mundi fabricatio. Esto respectu parentum (quod vnum voluit Molina prima parte q. 23. art. 3. disp. 2. concl. 2. naturale hoc sobolis beneficium, poslit esse gratia per Christum, quatenus bona temporalia prout salutis instrumenta, censemunt supernaturalia; & sub Christi meritum aquæ cadunt, ac si entitati supernatura ralia essent. Sed sic, sumus extra questionem propositam, quæ mouebarū tantum de bonis meritis naturalibus, nec spectantibus ad ordinem gratiae, cui supponimus accenseri talem sobolis productionem, respectu parentum quibus supra naturalē carsum conceditur.

Funditur ad quocunque supernaturale beneficium.

727 Bona ergo quocunque supernatura, homini in hoc naturæ lapsæ statu concessa,

deberi Christo tanquam causa moralis, certissimum est. Ita enim aperte habet Apollonius Epif. 1. benedixit nos Deus omni benedictione spirituali, in caelestibus, in Christo. Expende illud omni benedictione. Nullam enim excepit; Itemque illud in caelestibus, quod ferre se monem esse de supernaturali benedictione, qua ad celestem gloriam prouochamur. Illud denique in Christo, idem est ac per Christum, tanquam causam moralis. Idem apertissime sonant illa Christi Ioann. 15. toties apud S. Augustinum ac in Concilio in hanc rem librata, fixe me nihil potest fieri. Et illa anteriora, ego sum vius, & vos palme: sicut palmes non potest ferre fructum nisi maneris in vite, sic nec vos, nisi in me maneritis. Quæ verba, clarissimè exprimunt necessitatem omnimodam viralis succi, & auxiliorum gratiae, ad supernaturaliter operandum conferenda per Christum. Sed quod omnis planè gratia è Christi fonte petatur, Baptista, Ioannis 1. aperte docuit, cum dixit, omnes de plenitudine eius accipisse, & griam nobis obligisse pro grata. Quæ verba commodissimè accepit de gratia occidentaria, data mortalibus pro grata substantiæ, ipso inquam Christo, tractatum supra est, nec est quod hinc iteretur. Sed & omnes voluntates sanctorum qui sum in terra eius, à Christo Psal. 15. suas dici quia sunt ex eius gratia, S. Augustinus Epist. 59. ad q. 2. optimè notauit. Origenes hom. 4. in Isaiam hic quoque aptat locum Apostoli sanctificans, & sanctificati, ex uno omnes. Qui sanctificat, Salvator est, iuxta hoc quod homo est, à Deo Propte accipiens sanctitatem, Zeno Veron. serm. in Psal. 126. in fine Christum vocat portam coelestem, Dominicam, regiam, de qua scriptum est ait à Psalte, hec porta Domini, inquit invabunt per eam: quod addit, id ipsum esse quod dixit Christus, nemo venit nisi per me, de quo plenius cum de Christo ostio.

Nihil verò aptius, ad vniuersum insufficiens progressum, à primo auxilio ad clausum usque collate glorie, vendicandum Christo capiti, quām arcta consideratio Encomiorum qua David Psal. 71. Christo Domino tribuit. Eum quippe Psalmum etiam fortassis titulus Psalmi & cortex litteræ primorum versuum in Salomonem non incommodè cadat, ex primaria tamen. Spiritus sancti intentione (vt vniuersus de similibus Scripturis disputat Pineda lib. 6. de Salomo. c. 18.) vel ex repento Prophetæ diuinis afflati proposito, à Christo esse, & de eo folo maxima ex parte acipi debebare. S. Augustinus 17. Civit. c. 8. recte confirmat. Sed egregie omnino Iudeus Psal. lib. 4. Epist. 203. cuius doctrina, pro cuiusmodi prophetis historiæ cuiusdam inadiscatis, insignis est. In eo itaque Psalmo, David præmissa Christi maiestate & regno amplissimo subdit verba 11. Christum liberaturum à potestate, pauperem cui non erat adiutor, eisque parciatur, & animas eorum salvaturum, ac ex vñs & iniquitate redemptorum; siveque nomen eorum, honorabile coram illo futurum. Quibus verbis manifestè describitur vniuersi generis humani à Sacra calumniatore oppressi, sublevatio per Christum, collata remissione peccatorum, quæ vñs dicuntur, vt ibi annotat D. Augustinus, quia supplicium datur supra forem; & plus mali habetur in suppliciis, quām habitum sit in peccatis.

catis. Ab his ergo usitatis liberamur, & emundati à peccatis, honorabiles per eundem cotam Deo efficimur: id est iusti, & amici, viuentésque in Deo, depulsa per Christum peccati morte, & indulx peccatorum remissione. Quod significantes antiquos Patres, tanto studio ambivisse sepulturam in terra sancta, declarat insigniter D. Augustinus quæst. ibi in Genef. his verbis. [Cadaueribus mortuorum peccata significari in lege, non dubium est, cum iubentur homines post eorum concrestationem, siue qualcumque contactum, tanquam ab immunditia purificari, & hinc illa sententia dulta est: *Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lanatio eius?* Sic & qui ieiunat super peccata sua, & iterum ambulans, hoc eadem facit. Sepultura ego mortuorum, remissionem significat peccatorum, eo pertinens quod dictum est: *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quietula sunt peccata.* Vbi ergo sepelienda erant hoc significantia cadavera Patriarcharum, nisi in ea terra ubi ille crucifixus est, cuius sanguini facta est remissio peccatorum. Mortibus enim Patriarcharum, peccata hominum figura sunt. Dicunt autem ab eo loco, quod *Abrabamum vocatur, vbi sunt ista corpora, absè locū, vbi crucifixus est Dominus,* ferè triginta milibus, ut etiam ipse numerus significari intelligatur, qui in baptismo apparuit ferè triginta annos: & si quid aliud de re tanta, vel hoc modo, vel sublimius intelligi potest.]

728 Itaque iustificatio prima, & quatenus remissionem peccati, & quatenus infusionem gratiae, & necessaria ad eam aptationes complebitur, obtinetur nobis per Christum; iuxta Davidem citato loco. Ut autem progressionem quoque & incrementum iustitiae, & perseuerantiam in ea, atque adeò braui prehensionem, deberi nobis Christi meritis agnoscamus, addit Daud; *Erit firmamentum in terra in summis montibus;* vbi significatur, loca ceteroqui inculta, frugibus fementis supernaturalis per Christum facta, abundatura: tantumque ait David fore soli diuinitus exulti fecitatem, ut culmi procerissimas Libani cedros exæquent: quod mirabile omnino gratia & sanctitatis argumentum præfert & hoc est quod aperte mox insinuat, cum addit, ista expones, *flobum de ciuite, cibus scilicet sicut fænum terra.* Potest etiam illa Libani per fructus terræ superficie, denotare felicitatem sanctorum, & exaltationem super celos, qui Libano plerumque designantur in Scripturis. Sic igitur impletur quod sub Psalmi clausulam affimat David, *benedicetur in ipso omnes tribus terra.* Omni inquam benedictione, atque adeò tam gratiarum actualium, quam sanctificationis & remissionis peccatorum, ac perseuerantiae, & gloriae collatione. Giselbertus in altero cap. 4. sub finem, hoc refert benedictionem Sabati. Agens enim de quiete Dei in Sabato, cui benedixisse dicitur, & ut sanctificaretur, mandasse. [Hac benedictio (inquit) & sanctificatione, maiorem benedictionem & sanctificationem significat. Sicut enim crebris vietmis sanguis Christi semel fundendus significabatur, ita per requiem diei septimi post opera sex dierum celebratam, ignorabatur illa dies Sabathi, quo Christus semel in sepulchro quieturus, perfectis sex diebus omnibus operibus mundam sexta die restaurauit,

Theob. Raynandi de Atrib. Christi.

in qua antiquæ ruinae operis saluationem, se perfecisse declarauit. Dixit enim: *Consummatum est, & inclinato capite, emit spiritum.* Hæc ergo sanctificatione, & benedictione, & requies, post opera bona, significat, nos post opera bona quæ in nobis ipse operatur, perueniuros ad requiem coelestis vita, fruitorum æterna sanctificatione & benedictione. Quapropter hos dies vesp. ram habere, non scribitur.]

Vides merito Christum (quod supra cap. 3. referebam ex sancto Bernardo serm. 13. in Cant.) velut spiritualem gratiarum omnium Oceanum esse, ex quo omnes in hominem lapsum fluuij & rituali gratiarum, ac diuinarum benedictionum dimant. Post Scripturas portam perspicias, superuacancum cen' eo, obscuriora quedam & minus illustria addensare. Quod copiosè præstant, qui veritatem proposunt diligenter latèque confirmant; Vega tota lib. 3. in Concilium, Suarez Tomo 1. 3. pars. disp. 41. Valquez ibidem disp. 77. Iosephus à Costa libro 5. de Christo 'Reuelatio c. 7. Iustinius Philipp. 1. v. 29. & passim alij.

Typi veteres, uniuersali influxus Christi, in dona gratiae.

729 Proximè retuli id adumbratum esse per benedictionem Sabathi, iuxta Giselbertum. Idem adumbravit alia antiquæ quædam figuræ, ut circuncisio; quæ quod est signaculum iustitiae fidei, id est totius sanctitatis & gratiae, fidei tanquam fundamento superstruenda, imprimebatur genitali membro: eo quod gratia per temporalem in carne generationem Christi, obvientia esset, ut egregie philosophatur Rupertus lib. 5. in Genef. cap. 3.1. Ex eodem, benedictio Isaaci iam non videntis, præsignauit nostram benedictionem per Christi mortem. Sic enim scribit lib. 5. de proces. Spiritus sancti cap. 7. [Cum illis vestibus valde bonis, consilio Rebeccæ matris, ingressus est Iacob ad patrem Isaac, iam non vidente, ut acciperet benedictionem. Neque enim propter illas vestes benedictionem hereditati possideret, nisi etiam introgressus ad Patrem (sicut iam dictum est) non videntem, verba benedictionis ex ipsis ore accipisset. Similiter cum supradictis S. Spiritus charismatibus, omnis vir simplex habitans in tabernaculis, omnis vir fidelis spem habens in verbo promissionis, qualium ex optimis viris erat Moyses, qui hanc ipsam Scripturam mysticam scriptis, ingressus est ingressu fidei, cui omnia presentia sunt, ad Christum Dei filium, quasi non videntem; id est, in cruce morientem, vbi lumina regia, lumina rism & gaudium secundum nomen Isaac, diligenterbus se insinuantia, caligine mortis obscurata fuerunt, ut acciperet remissionem peccatorum. Neque enim per charismata illa talem benedictionem, scilicet peccatorum remissionem quisquam accipere potuisset, nisi hic noster Isaac, clavis in morte oculis iam dedisset.]

Benedictio item filiorum Ioseph, per Iacob manibus in cruce formam permutatis, hoc referrenda est. Id enim præsignasse, benedictione spirituale ad nos per Christi mortem esse delapsutam, notavit optimè Novat. lib. de Trinit. capite 27. & Isidorus Pelus. lib. 1. Epist. 362. & in hunc modum Tertullianus lib. de Bapt. ca. 8

Zz [Sed:

[Sed est hoc quoque de veteri sacramento, quo nepotes suos ex Ioseph. Efraem & Manaalem, Jacob capitibus impositis & intermutatis manibus benedixerit, & quidem ita transuersum obliquatis in se, ut Christum deformantes, iam tunc portenderent benedictionem in Christum futuram.]

731 Sed & benedictio praescripta Numer. 6. idem ferebat, Iudice S. Cyrillo lib. 1. de adorat, qui sic scribit. [Bitum quo Sacerdotes impetrantur, apte disponit; atque eius imprecationis verba, praedictiones esse quasdam voluntati Christi passionum. At enim Lognere ad Aaron & ad filios eius dicens: Sic benedicet filii Israël dicentes eis, & imponent nomina mea super filios Israël & ego Dominus benedicam eis. Benedicat tibi Dominus & custodiat eum, illuminet Dominus faciem suam super te, & det tibi pacem, & misereatur tui. Iubet igitur, et qui Sacerdotio praediti sunt, populo benedicant, sed abducit opportunitatem ab inepitis cogitationibus, offenditque non hominis manum esse qua benedicat, sed scipsum, ut qui sit Dominus. Omne enim datum optimum, & omne donum bonum, & omnis benedictio, de sursum est, descendens a Patre luminum, ut scriptum est. Christus autem est benedictio nis via, & ipse nobis est celestium bonorum distributor, in ipsoque, & per ipsum, omnia a Patre dantur. Itaque Beatus Paulus, Gratia vobis & pax (inquit,) à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo. Benedicimus itaque in Dei nomine, sed eius benedictionis forma, quemam esse debet, eleganter significans, impetranti Sacerdoti, hæc verba pronuncianda esse dixit: Benedic tibi Dominus & custodiat te, illuminet Dominus faciem suam super te, & misereatur tui, eleuet Dominus faciem suam super te, & det tibi pacem. Conferuat igitur nos benedictio, maledictionemque dissoluit, & eum qui peccaverat, reformat, ut iam in Christo dignus sit qui laudetur: eiisque rei testis est Apostolus, qui in hunc modum scripsit: Benedic Deus, & Pater Domini Iesu Christi, qui benedix nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutorem, ut effemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate: qui prædestinavit nos in adoptione filiorum per Christum in ipsum. Vides hominem, exercitabilem quidem ex peccato, & contra dignum esse adoptione factum, dum in Christo per participationem Spiritus benedicetur; quem etiam effudit in nos abundè, is qui non ex parte illum sanctis hominibus donat, sed tanquam ex sua plenitudine infundit.]

Refero eodem, typum alium quem his verbis expressit Origenes hom. 3. in Iose. [Raib signum coccineum ponit in domo sua, per quod salutati de excidio debeat ciuitatis. Aliud nullum fuit signum quod acciperet, nisi coccineum, quod anguis formam gerebat. Sciebat enim quia nulli esset salus, nisi in sanguine Christi.]

Pelchitè Rupertus libro 1. in Leuit. capite

14. apat eodem quod Leuit. 4. Sacerdos vide-

batur digitum intingere in sanguine. Digitum

enim interpretatur spiritum sanctum; qui est

digitus dexteræ Dei, ut propterea Christus se

Satanam in dactilo Dei efficeret ut profensus. Is in

sanguine intingitur. ut significetur, gratiam san-

ctificantem & remissionem peccatorum, non nisi per Christi sanguinem ubi. Pelchitè vero rursus de eodem Typo lib. 2. in Leuit. cap. 5. [Quomodo (inquit) sanguine Sacerdos confrateratur, Sumens (inquit,) de sanguine, tergit extremitum auricula dextera, & pollicis manus dexteræ, similiter & pedis. Tactus sanguinis in extremo auricula dextera Pontificis, acceptio est mandata, quod Pater dedit, vel obedientia Christi filij Dei, quemadmodum de illo Apostolus dicit; Christus factus est pro nobis obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Et ipse de semetipso in Propheta dicit: Dominus Deus, aperuit mihi arenam, ego autem non contradico, retrosum non abi. Tactus sanguinis in extremo pollicis manus dexteræ, dedicatio est voluntatis paternæ, ipso per Plamitan dicente, Tenuissili manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Tactus in extremo pollicis pedis dextri, quo finis est corporis, consummatio est etiudem obedientiae, Plamita in hoc dicente, ut intingatur pes tuus in sanguine.]

731 Quod maxima toto Sabathio non suspenditur, immo initium suppeditationis illius scriptum sit Dominica die, S. Augustinus serm. 31. de Tempore, referit ad gratiam vi Iudaicae legis numquam demissam: at per Christi Domini meritam suppeditatam. De multorum item partium sententiâ, effluxus aquæ de petra his percussa, ad effluxum gratia qua sumit hic reliquimus, è Christo per crucem percussa, refundens est. Usurpat eam Petrus in crucis formam recto primum tum transuerso modo secundum percussione, & in sensum praedictum interpretatur S. Augustinus serm. 93. de temp. & q. 38. in Numer. & Macarius Chrysostomus hom. de Exaltatione crucis. Eandem ex Soueriani Gabalitani Oratione 4. de Cuce profert Damascenus orat. 3. de Imag. Qui Orat de Sabathio faneto, & lib. 4. fidic. 11. similiter interpretatur, quod air Scriptura maius à Moze percussum fuisse duplice istu; recto sollicit & obliquo, crucis formam exhibente, ut profundi transversilio, & demersio hollum, atque adeò gratia cuiuscumque, sive ad bene agendum, sive ad abolendas & vitandas culpas suppeditatio, ex meritis crucis Christi esse praenuntiaretur. Idem habet Theophanes Cetameus hom. de Exaltatione Crucis: Exodi tamen 14. vbi ex percussio matris per Mollem describitur, tacetur de gemina percussione.

Affine est, quod Christus fons dicitur, sancti omnes, flamina, audi Hieronymum in Psal. 97. ad illud flamina plaudens manus, sub finem Psalmi. [Flamina plaudet manus simul flamina que biberunt de fonte Iesu. Me, (inquit,) dereliquerunt fontem aquæ vivæ. Flamina ipsa a dea fonte Christi curvant. Ille fons est, nos flamina sumus: si tamen metemur esse flamina, Chafalus fons est; Sancti flamina sunt. Qui autem inferiores sunt, riuuli sunt. Alij vero torrentes sunt. Quis sunt torrentes? Qui ad horam habent aquas, & tentatione venientes, siccantur. Flamina plaudent manus simul. Non est unum flumen, plura sunt flamina. Quot sancti sunt, tot & flamina sunt. Sed ista flamina, non habent in se differentiationem. Quoniam sum flamina Christi, propterea habent inter se concordiam.] Itaq; fons illæ Paradisi, è quo scaturiebant flamina rigaria omnē terram typus

typus Christi fuit fontis gratiæ, qua ratione eum appellatum vides. Et ita etiam de Christo loquitur Concilium Tridentinum sess. 21. Cap. nonne 3.

732 Altare de terra, è quo solo acceptabat Deus oblationes, Christum hac ex causa adumbrabat. Audi S. Cyriulum lib. 9. de adorat. [Terenum altare, ipsum Emmanuel appellat *Verbum enim caro factum est*; Terra autem è terra, ipsa carnis natura est. In Christo igitur omnis oblatio, & omnis accessus est; at enim ipse; *sine membris prestita facere*. Ut enim per ipsum accessum habuimus, sic omnis quoque hostia eorum, qui fidem percepunt, accepta gratiæque per ipsum est. Pollicetur autem iis, qui è terra altare constituerent, se venturum, & illis benedictum, *Veniam erim*, (inquit,) & *benedicam tibi*. Nam cum per sapientissimum virum Moysem, veritatis figuram accepit, ipsa tandem veritas affluit, id est, Christus; per quem, & in quo supra illa benedictione etiam à Patre dati sumos, ob signatim Spiritu sancto in adoptionem filiorum: id autem etiam in Christo perficit.]

Huc quoque pertinere scalam Iacob, pulcherrime prosequitur Anselmus Enaratione 2. in Euang. fusissimè demonstrans, scalam illam & seriem gradum, Christo innixam tanquam fundamento, & ad Deum pertingente, contineat omnia virtutum dona, omnesque sanctitatis & gratiarum gradus, per quos progredimur aut regredimur, prout diuinæ gratiæ nos excitant cooperamur. Hunc autem progressum ascenditum ad Deum, obseruat supponi Christum, qui seipsum humiliavit, ut omnes suos exaltaret: qui sicut fundamentum omnes portat, & a nullo portatur. Longam autem nominum Genealogiæ seriem compingentium interpretatione adhibet, ut iis exprimi virtutes omnes & supernaturalia bona, testatum faciat. Illa omnia intunctu Christo tanquam lapidi inuncto, vi August. psal. 44. ad illud *onxit te Deus*, egredi prosequitur.

Aliud schema huini veritatis proponit S. Gregor. hom. 3. in Ezech. ad illud *manus hominis sub pennis eorum*. [Sin vero, (inquit,) hoc in loco homo Redemptor noster accipitur, manus hominis suo pennis eorum est, quia nisi Dominus homo fieret, qui mentes prædicantem ad celum subleuasset, illa quae apparent animalia, non volarent. Nec immerito manus hominis esse sub pennis dicitur, quia de eodem Redemptore nostro scriptum est; *Qui cum sit splendor gloria, & figura substantia eius, portansque omnia*. Eius ergo manus, corda nostra portat, cuius manus in contemplatione nos sublevat. Nisi enim, ut dictum est, omniportes Verbum propter homines homo fieret, humana corda ad contemplandam Verbi excellentiam non volarent. Inde ergo excelssæ factæ sunt hominum mentes, unde inter homines apparuit humilis Deus. Dicatur itaque de sanctis animalibus, *Et manus hominis sub pennis eorum*.]

A idem ex novo Testamento, scita quædam.

733 Hæc omnia id ipsum adumbrabant, quod adductis Novi Testamenti Scripturis expressum diximus; nempe omnem celestem beatitudinem Raynandi Atti lib. Christi.

neditiōnem, ad nos descendere per Christum; & sine eius auxilio & suppediti natura indebitis, nihil ad gloriam conducens, & Christiana bonitate nitens, effici à nobis posse: Eum denique esse, unum totius gratiae fontem, de cuius plenitudine omnes accipiāt. Eoque Nyssenus Orat. 1. de Resurrec. sic accommodat quod de *īota* & apice uno non præteritur, à Christo dictum est. [Idem mea quidem sententia significat etiam *īota* illud, si cum apice coniunctum consideretur, quod & ecclœ stabilius, & terra firmius, & omne rerum constitutione certius est. *Cælum enim & terra transibunt, & huius mundi, figura præservit*. Iota autem ex lege, & apex virüs non præterit: Linca recte è sublimi in imum descendens, *īota* dicitur. Oblique autem ad latera pertingens, apex nominatur; id quod ab ipsis nautigantibus licet discere, qui lignum illud transuersum malo adiacens, cui vela suspensus, Græcè eodem nomine quo *apicem* nominant, nempe *cæram*. Quamobrem diuina hæc Euangeliæ verba, mihi videntur in Crucis figura tanquam æmigmate & speculo quodam illud ostendere, in quo omnia cōsisterunt; quod omnibus, quæ in ipso continentur, stabilius est, atque aeternum, cuius potentia cuncta moderatur. Proinde Dominus ait, oportere filium hominis, non simpliciter mori, sed eruefigi, ut Crux Deum gestans, aduerteri omnipotenter illius, qui in ipsa penderet, vim; quique omnia in omnibus est, figura sua patefaret.]

Vides quomodo Nyssenus ad Christum cūstisque per crucem merita, omnes quæ in nos cœlitus depluant benedictiones referat. Non est præterea inveni Græcorum usus inter benedicendum, id concinnè exprimeret, ut videre est in fragmento Nicolai Episcopi Neapolensis quod ex Nomino M. S. Græco Matthæi Blafloris latine repræsentauit Iosephus Stephanus lib. de osculari pedum Rom. Pont. c. 17. Titulus Nomini est, *de nomine Iesu, quod in Episcopi corpore exprimitur, & imagine quadam manu formatur, cem ipse populo benedicit, & duabus manibus super populum fusa oratione deprecatur*. Fragmentum Nicolai, quod in eam rem adducit, est huiusmodi. [Secundus digitus dextra manus, & tertius secundo iunctus, recti protenduntur, licet tertius leviter paululum in medio fleat. Quæ manus difpositio, efficaciter denotat, & quasi imagine quadam exprimit nomen Iesu. Etenim secundus digitus dum rectus extenditur, I. denotat. Tertius paululum inflexus, elementum C. describit; quæ litteræ matto connexæ, I. C. Iesum significant. Præterea pollex quartu iunctus, & ei paululum obliquo arque transuerso superimpositus, litteram X. Q. iunctus tandem coniexus, C. figurat. Ergo si primus residens super quartum elementum X. exprimit & quintus paululum flexus C. Manifestum est, tribus digitis X. & C. figurari & in Episcopi manu nomen Iesu Christi describi: Ut quemadmodum illa Apostolis gratiam & benedictionem conculit, sic & Episcopus benedictionem nomine *Episcopus munitus infundat*: Et sicut ille in celum subiectus (vt S. Germanus Constantinopolitanus est Autor,) benedixit discipulis, duabus suis sanctissimis manibus, quod testatur Sacrofæcum Euangeliū Lucae, & elevatis manibus benedixit eis, hic & Episco-

Sectio IV. Cap. IX.

362

pus, vel Primas, benedicit populum duabus manibus: dextra scilicet & leua, Christi Domini, & magni Sacerdotis typum gerens, qui hoc modo discipulis benedictionem conferbat.] Ex hac explicatione ritus benedicti, liquidò deprehenditur, quod affirmabam de omni benedictione in celestibus à Christo manante; cuius nomen digitis longue efferebat, qui benedicebat. Nec minus graphicè idem exprimit Christiana benedictio, manu in crucis formam circumducta; vel Christi ascendentis, & benedicti imitatione, ut opinatur Gretserus libro 1. de benedictionibus capite 4. vel ex traditione Apostolica ad hoc de quo agimus, omnis benedictionis à Christi cruce proflatum, insinuandum.

734 Solem iustitiae ea ex causa dictum Christum non modò iam olim à Propheta, sed etiam suo ipius ote, pulcherrimè prosequitur Anastasius Sinaita 4. Hexaëm. verbis illis de Christo. [Dicit Deus per Malachiam Prophetam, *Oritur ius quietimente Deum, Sol iustitia, ut appareat iis qui sedent in tenebris & in umbra mortis.* Hic est enim sol qui dicit: *Ego lux veni in mundum.* Hoc est, cum esset subtilis ut lux properet diuinatatem, pudore est affectus propterea quod venerit in mundum. Hic est Sol de quo etiam dicit Propheticè, *Oritur Sol;* hoc est tenet ad inferos, & rursus venit in suum locum. Christus enim cum inferos subiisset, & resurrexisset, rediit ad Patrem: quomodo etiam dicebat: *Ego ex te Pater, tanquam Deus: & Vado ad Patrem meum tanquam Deus & Adam.* Porro autem ipsum quoque nomen *Soli*, quod Græcè est *Ælis*, cum sit dictio Hebraica; interpretatur, *Deus:* Quamobrem Christus ex cruci exclamauit, *Heli Heli,* quod interpretatus Evangelista dicit. *Hoc est, Deus meus, Deus meus,* erat enim Sol typus Christi. Vnde si ex homine recedat caloris operatio, statim etiam vita ab eo separatur, & ad mortem transmittitur, nos docente exemplo, quod ipsa Christi virtus omnia vivificat, & qui ab ea separatur, non habet vitam eternam, sed est mortuus peccato.] Pulchre verò Cabafias in Expositio Liturgie cap. 36. quomodo Christus per vniuersali sanctitatis influxu in fideles quoscumque, sit veius iustitiae Sol, sic exponit. [Cum clamauit Sacerdos, *sicut sanctus*, fideles contra exclamat; *Vnus sanctus, unus Dominus Iesus Christus, in gloria Dei Patris.* Nemo enim ex se habet sanctificationem, nec est humana virtutis opus, sed ex illo omnes, & per illum. Et quemadmodum si multa specula sub Sole posueris, omnia quidem resplendent, & radios emittunt, & videberis multos soles videre: verè autem est veius Sol, qui fulget in omnibus, ita etiam *onus sanctus* nihil feciūs.]

Suffragium rationis, pro tam uniuersali influxu Christi, in bona gratia hominis lapsi.

735 Ratio huius veritatis alia quaerenda non est, quam beneplacitum Patris: qui complacens sibi in dilecto Filio, voluit omnia nobis per illum obtinere. Pertinet enim ad perfectam Dei prouidentiam, prospicere nobis

gratia aquam, salientem in vitam æternam per huiusmodi tubum, ut debitus ordo remeretur; qui poscebat, Christo animam suam ad reparationem diuini honoris elargito, hoc decus rependi: Vnde etiam factum est, ut amor noster in Christum incederetur magis, cum videmus nos in omnibus diuines fieri in illo. Egregie p[ro]p[ter]e S. Hieronymus in cap. 53. Esaiæ ad illud, *se posuerit pro peccato animam suam, videbitur longanum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur;* Ita ea verba accipit, ut plane frant, voluntatem Patris esse, ut omnia per Christum habeamus, ipsèque illustris & clarus apud nos eo nomine euadat, quod pro eius amore ac meritis; omnia cœlestia dona accipiamus. Idem Hieronymus autem quisvis alius apud eum, Aut[or] Commentarij in Psal. 132. multa de vngueno sanctificante prefatus, circa illud, *sicut vnguentum in capite,* h[ab]et subdit, ut ostendat omnem gratiam à Deo Christi capite, in Christum; ab hoc autem capite nostro, in nos dimittat que summa est Christi gloria à Deo intenta. [Barba (inquit) virilitatis indicium est. Mulier enim & virum, hoc signo natura distinguit. Barba, igitur virilitatis indicium est. *Caput ergo dignitas dicitur, hoc est Deitas. Barba vero virum indicat; et, (inquit,) peruenientiam in virum priorem qui est Christus.* Vide ergo quid dicas, *sicut vnguentum,* sicut benedicti vnguenti de capite, hoc est, de diuinitatis sermone, descendit in barbam, descendit in virum perfectum, qui est Christus & postea descendit ipsum vnguentum in oram vestimentum eius: sic benedicti & somnis Hermon, descendit in montem Sion. *Vnguentum* verò hic p[ro]p[ter]e benedictione ponit. *Dilexisti iustitiam, (inquit,) & odisti iniquitatem; propterea vincit te Deus, Deus tuus, exultationis pra[dict]i participis tuus.* Vide quid dicat: *Dilexisti, (inquit,) iustitiam, & odisti iniquitatem.* Non sufficit diligere iustitiam, sed contraria, edificare iniquitatem: Vide quid dicit, *Et odisti iniquitatem.* Pro his virtutibus quid accepit. Propterea vincit te Deus, Deus tuus exultationis pra[dict]i participis tuus. Hoc ad Christum dicitur: Ideo, tu vincus es, ut caro christi res. Vnctus ex oleo exultationis pra[dict]i tuus, hoc est, plausus Apostoli tui. Tamen vnguenti habuisti fontem; illi stillas habuenter. *Sicut vnguentum in capite.* Praetet & nobis Dominus hoc vnguentum diuinatatis; quod venit in barbam, hoc est, in virum perfectum Aaron, in Aaron Sacerdotem. Aaron autem interpretatur, *montanus.* Videtis quoniam iste Sacerdos non est de vallibus sed de montibus est. *Barba, (inquit,) aaron.* *Quod vnguentum in capite, venit in barbam:* à Verbo Dei, venit ad hominem, quem est dignatus assumere. Et quid nobis profecta barba ista vñcta, & virile perclusa Videamus quos perfectus habeat. *Quod descendit in oram vestimentum eius.* Nos si vestimentum Christi sumus, nuditate eius nostra vestimus fide.] Confirmat multis, nos esse vestimentum, ac proinde vnguentum gratia quod nos defluit, demitti per caput, Christum.

736 Pertinet eodem, quod Origenes homo, 13. in Ezech, omnem pulchritudinem spiritualem à Christo dividit, & ab eo in alios derivat. Item quod homo interior & supernaturalis terreno adiungens, ut brevi philosophatus S. Hilarius in Psal. 118. ad illud manus tua fecerunt

erunt me, dicitur factus ad imaginem Dei; Non imago, sed ad imaginem; hoc est, ad Christum, qui est imago Dei inuisibilis; quia per Christum tota nostra sanctitas aduenit, qua ei conformamur. Ut idcirco Christus dicatur Dei manus, de quo plenè sanctus Ambrosius serm. 10. in Psal. 118. ver. 1. & nos infra cum de Christo Parre.

Ed præterea pertinet, quod Christus omnem bonam operationem in nobis elicere; & in nobis cum Satana pugnare; in nobis item pati & occidi dicunt: quia per eius gratiam omnia illa facimus & subimmo. Dixi in hanc tem pleraque in Tractatione de Martyrio parte 2. c. 3. num. 21. Nunc addo insignem locum ex sancti Paulini Epistola 29. quæ est prima ad Aprum. Praefatus enim, virtutem Apri, fuisse Christi opus, addit. [Ab initio seculorum, Christus in omnibus suis patitur. Ipse est enim initium & finis, qui in lege velatur, in Euangelio revelatur, mirabilis semper & patiens, & triumphans in sanctis suis Dominus. In Abel occidit a fratre, in Noë iuritus a filio, in Abraham peregrinatus, in Isaac oblatus, in Iacob famulatus, in Ioseph venditus, in Moyle expeditus, & fugatus, in Prophetis lapidatus, & sectus, in Apostolis terra maritima iactatus, & multis ac variis Martiis crucibus frequenter occisus. Idem igitur etiam nunc infirmitates nostras & ægitudinem portans, quia ipse est homo semper pro nobis in plaga positus, & sciens ferri infirmitatem, quam nos sine ipso nec possumus ferre, nec nouimus. Ipse, inquam nunc quoque pro nobis & in nobis sustinens mundum, vt preferente defruat, & virtutem infirmitate perficiat. Ipse & in se patitur opprobria, & ipsum in te, odi hic mundus.] Nec omittendus Origenes hom. 22. in Num. ad illud *ascenderunt filii Israël, cum virtute tua*, quod sic Glossat. [Quæ est virtus eorum, nisi ipse Christus, qui est virtus Dei? Qui ergo ascendit, cum ipso ascendit, qui ad nos inde descendit; vt illuc perueniat, vnde ille non necessari, sed dignatione descendit, vt verum si illud quod dicitur est quia qui descendit, ipse est qui ascendit.]

*Reiecti, qui actus aliquos supernaturales
hominis lapsi, & Sacramentorum
applicationem Christi influ-
xui subducunt.*

737 Cum autem fundamenta quæ protulimus, ad tribuandam Christo mortalem causitatem in gratiam hominis lapsi, sive vniuersalia, & nihil supernaturale absque Christo fieri aut haberi per nos posse, disertè tradant, nulla planè admittenda est exceptio. Non igitur Christus moralis causa fuit solius primæ gratiæ iustificantis, & consequentium omnium bonorum, sed etiam fidei, & omnium aliarum anteriorum dispositionum quibus præparamus ad primam gratiam sanctificantem: quos actus quidam Theologia Christi in nos influxu subduxerunt, vt Capreolus in 3. dist. 18. quæst. 1. ad *argumenta contra primam*. Driedo Tract. 2. de Capituli, & Redemp. generis humani cap. 2. art. 4. Addamus Philippiensem 1. & 2. Petri 1. ac Ruardi art. 6. Louan. contra Lutherum. & iisdem alias complures adiungit Henriquez

lib. de Sacramentis in genere cap. 3. num. 4. *Littera X.* Horum sententiam Molina 1. parte quæst. 2. art. 5. disp. 2. concl. 4. merito pronuntiat esse Scriptoris dissentaneam, & discrepantem à dignitate Christi. Et inferius ait, non videti dubitandum, quin sit erronea. Quod feret etiam ait Henriquez supra, & aperte Suarez lib. 2. de prædest. c. 4. num. 39. Verè enim fides, & actus alij antecedentes prænam gratiam sanctificantem, sum benedictiones aliquæ celestes. At eas omnes per Christum nobis obtingere, affirmat Paulus Ephes. 1. ibidemque ait, nos in Christo sorte vocari. Vocatio autem est gratia præueniens, & sanctificatione anterior. Expressè quoque Christus Hebreorum 12. vocatur *ancor fidei*. Quomodo ergo non per eum fides nostra Videtur denique quod diximus, aperte definitum in Tridentina Synodo self. 6. cap. 5. vbi dicitur, [Declarat sancta Synodus ipsius iustificationis exordium in adulis, à Dei per Christum Iesum præueniente gratia, sumendum est.] Additque ca. 7. [Hominem per Iesum Christum accipere fidem, spem, & charitatem: vt quæ Adam inobedientis nobis perdidit recuperemus per Christum.] Neque tamen ex eo quod hac dona nobis super Christum obtingant, sequitur ea exuere rationem gratia cum ex iustitia doneatur. Quamvis enim respectu Christi, debentur, & ex meritis dentur, tamen respectu nostri, (quod unum fides docet,) sunt plane gratuita. Quin etiam respectu Christi, si prima omnino radix attendatur, conseruantur ex gratia, id est ex merito diuino beneplacito. Itaque fundamentum aduersariorum, est plane ruinosum.

Sed neque eximenda est è Syllabo gratiarum nobis per Christum obuenientium. applicatio Sacramentorum, quibus veluti mediis applicantur nobis Christi merita: quod consequenter faciunt Doctores proximè impugnat. Idecirco enim solam primam gratiam sanctificantem aiunt concedi nobis per Christi merita, non item dispositiones ad eam præbias, quia per has dispositiones, tales reddimur quales Christus nos esse vult, iuxta leges latas circa modum applicandi nobis sua merita. Primum verò quod iam dispositis, & aptis ad Christi merita participanda confertur ex Christi meritis, aiunt esse adoptionem filiorum. Cum ergo applicatio Sacramenti quo parvulus sanctificatur, aut adulsus interueniente aptatione convenienter gratiam recipit, sit quid primum adoptioni filiorum, dicere consequenter tenentur, eam applicationem non esse ex Christi meritis, sed esse effectum diuini in nos beneplaciti, nullis Christi meritis nixum. Hoc ego nulla ratione admitto. Nam applicatio Sacramenti, est magnom gratia donum, & benedictio celestis, sine qua parvulus non recipere gratiam. Adulsus autem aut nullo modo eam recipere, (si videlicet contritionem non interponeret, aut non recipere eo modo. Igitur cu monstratum sit, omnia gratia dena obuenire nobis per C. non est quod eam gratiam excludamus ab serie. Argumentum verò pro aduersariis prolatum, est plane inane. Gratia enim supponunt, ante perceptam adoptionem, hominem non esse aptatum & dispositum ad percipiendum fructum meritorum Christi. Fructus enim meritorum Christi, (quod hi Autores non aduentunt, non continetur sola sanctificatione, eiisque fructibus

Eticibus; sed iis quoque vel aetibus nostris, vel applicationibus extrinsecis, quibus ad gratia consequenda peruenimus: cuiusmodi sunt dispositio-nes libere ad sanctificationem, & gratie praeuenientes accomodatae ad causandas illas dispositions. Itemque applicatio sacramentorum. Non est igitur negandum, quin haec gratiae beneficia, obtingant nobis per Christum. Et hoc est haurire aquas de fontibus Salvatoris, & ablui ex fonte patente domini Iacob, qui fons est Christus Dominus. Nemo vero iure negaverit, quin sit ingens gratia, non solum ablui per aquas fontis illius, sed etiam cum habere patientem, nosisque applicari ad abluendum. Ipsam vero vniuersam sacramentorum gratiam, a Christo esse, in confessio est: idque ut significetur, nullum sacramen-tum absque cruce peragitur. Audi Autorem sermonis de Baptismo Christi, apud Cyprianum, *sab initium*. [In cruce Domini gloriamur, cuius virtus omnia peragit sacramenta, sine quo signo nihil est sanctum, neque aliqua consecratio me-retur effectum. Hinc omnium sanctorum etificationem exurgit sublimitas, & profundum, & longe late-que plenitudo diffunditur gratiarum.]

Item qui gratiam antiquorum, ab eo exemerunt.

738 Non item ab vniuersali canone proposito, quo omnem gratiam hominis lapilli, a Christi captiuis influxu deriuari diximus, ex-menda est gratia antiquorum. Meritoque Tur-recremata lib. 1. summae de Ecclesia cap. 51. grauitate notar. aqualem suum, & Augustinum de Roma, insiciantem, gratiam antiquorum manasse a Christo. Iure item in eandem doctrinam quorundam sui temporis, concitatatur Isidorus de Ieronimis lib. 1. de Imperio militatis Ecclesie tit. 9. quest. 1. similiterque Molina concl. illa *4. sub finem*, vehementer sibi dispiciebat, quod Driedo negat fuisse ex Christi meritis, preparationes quis olim Deus antiqui Pa-tres, ipsamque Deiparam aptauit, ut ex eis Christus proderit. Omnes quippe gratiam, eriam anteriorum Christo sanctorum, de Christi son-te manasse, pulcherrime monstrat S. Leo serm. 10. de Nativitate c. 7. vbi agens de fidei Christiana primaris capitibus, ait. [Hoc credentes, dilectissimi, Christiani sumus, veri Israëlitæ, & in consortium filiorum Dei veteraciter adoptati: quia & omnes sancti, qui Salvatoris nostri tempora praestiterunt, per hanc fidem iustificati, & per hoc sacramentum, Christi sunt corpus effecti, expectantes vniuersalem credentium redēptionem in semine Abraham, de quo dicit Apostolus; *Abraha dicta sunt reprobationes, & semini eius. Non dicit & seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus.* Propter quod Matthaeus Euangelista, ut promis-sionem ad Abram factam, ostenderet in Christo esse completam, generationum ordinem percurrit, & in quo omnibus genitibus disposita fuisset benedictio, demonstrauit. Lucas quoque Evangelista, ab ipso Domini ortu se-riem generis sui sursum versus texuit, ut eriam illa secula quæ diluvium praeuererant, & huic Sacramento doceret fuisse connexa, omnésque ab initio successionum gradus, ad eum in quo uno era salus omnium, tenendis. Non ergo dubitandum est, quia praeter Christum, non est

aliquid nomen sub caelo datum hominibus, in quo non portent salvos fieri.]

739 Subtiliter circa duplē Gēnēalogia sum scopus Paulinus. A quī lib. 2. contra Fe-licem in fine. Sed commodius, certe clarius id ipsum, & alia præterea nonnulla, circa eamē Chriti Gēnēalogiam obseruauit S. Anselmus enarrat. 2. in Euang. decēpro partem. [In genera-tionibus Matthæi, significatur nostrorum suscep-tio peccatorum a Christo Domino, & in genera-tionibus autem Luca, designatur nostrorum abolitio peccatorum a Christo Domino. Idē ille eas descendens enarrat, iste ascendens. Re-missis enim peccatis ad Dominum revertimur & ascendimus, à quo per Adam peccantes re-cessimus, & huic delapsi sumus. Nam quod dicit Apostolus, *Misit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati*, hac est suscep-tio peccatorum. Quod autem addit, *ut de peccato dannaret peccatum in carne*, hac est expiatio peccatorum. Proinde Matthæus a David per Salomonem descendit, in cuius matre illi peccauit. Lucas vero ad ipsum David per Nathan ascen-dit, per cuius nomini prophetam, Deus pecca-tum illios expiavit.] Et inferius ad illud quod fuit Enoch, ex Luca depremptum. [Pulchri generationum ordo, à baptizato Dei filio siue ad Deum patrem ascendens, septuagēmino gaudi Enoch habet, qui dilata morte transiit in paradisum, ut significet eos qui in gratia adoptionis filiorum ex aqua & Spiritu sancto re-generantur, interim post ablutionem corporis externam, suscipiendo in requiem. Septuagē-narius quippe numerus, propter septimanam Sabati, ad requiem eorum significandam, qui in uante Christi gratia Decalogum legis impare-runt, apudissime congruit. & in tempore Resu-ptionis indemnabilis Dei sapientia contem-plandæ per secula, monstrat esse iungendos. Ad ultimum vero dicitur, *Quis fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei*, Quia Christus Iostus haec patrino nos expiatos ab omni peccato purgatōsque coniungit, ut fiat quod ait Apostolus, *Qui autem adharet Domino, viri spiritus ejus.* Propterea in hoc numero generationum, & ipse Christus, à quo incipit enumeratio, & Deus ad quem peruenit, connumeratur, & sic numero septuaginta septem, quo significatur omnium prorū remissio & abolitio peccatorum; quam etiam ipse Dominus per huius numeri myste-rium euidenter expressit, dicens; remittendum esse peccata non solum septies, sed etiam saepe ad septuagies septies.] Fusa proteguntur mysteria huius numeri, & quomodo temilio pecca-torum omnium per eum sit designata. Tum ad-dit. [Itaque quia in septuagēmino septimo nu-mero designatur, & primi homini & cetero-rum, qui ex eo prodicunt, transfigello, apē Deus septuagēmina & septima generatione ve-nit, abolitus omnia peccata uonum fidelium, omnes enim qui more Christiano accedit ad lauacrum, continentur in mysterio septuagē-nita & septem generationum; & idē remissio-nem peccatorum consequuntur ab eo, qui tot generationes innundans, in hoc numero remis-sionem culparum constituit, & in fine tot ge-nerationum, venit tollere peccata mundi. Non solum enim eos qui in novo Testamento bapti-zantur, purificat, sed & illos qui ab exordio mundi,

Antiquæ adumbrationes, veritatis
propositæ.

mundi, in eum venturum rectè crediderant. Unde si fulūm redeundo numeras. Euangeliſta ſanctas has generationes, vt ostendat & ad omnes eas perungere purgatoriam & reconciliatricem, Christi gratiam; omnēque, qui nunc Baptifimi ſactamentum rectè ſeruant, ad Deum redire. Nam gratia diuina Incarnationis & Purificationis in omnes retro generationes aſcendit, vt intelligamus nullum tempus inquam ſine electis Christi tranſiſſe, qui per eum ab originali culpa ſunt libertati Propter quod & ipſe Adam, quem Dei ſapientia, quæ Christus eſt, eduxit, ut ſcriptum eſt, *a delito suo*, in fine relationis gubernationum, Filius Dei per hanc Christi gratiam oſtenditur. Ac inde Pater Deus, Christum Deum & hominem recipit, & per hunc omnes, qui membra ſunt, erant.]

740 Audi etiam Originem hom. 27. in Num. ad illud, *be ſunt manſiones*. Sic enim ferbit. [In Agypto erant filii Iſrael, in operibus Pharaonis Regis, luto ac latere affligebantur, donec ingemifcentes, clatiorem ad Dominum: & exaudiens genitum corum mitteret eos Verbum ſuum per Moysen, & educeret eos de Agypto. Et nos ergo cum eſtemus in Agypto, mundi dico huic erroribus & ignorantia te nebris, operantes opera Diaboli, & in concupiſcentiis & voluptatibus carnis, miseratus eſt Dominus afflictionem noſtram: & miſit Verbum ſuum, vni genitum Filium, qui nos de ignorantia erroris exceptos, ad lucem diuinae legis ad ducet. Sed priuō omnium, intuere mysterij rationem: quam qui diligenter obſeruauerit, in Scripturis inueniet, in egeſtione filiorum Iſrael de Agypto, quadraginta & duas habitas eſt manſiones: & rursum aduentus Domini & Salvatoris nostri in hunc mundum, per quadraginta & duas generationes adducitur. Sic enim Matthæus Euangeliſta commemorat dicens; Ab Abraham usque ad Dauid Regem, generationes quatuordecim. Et à Dauid usque ad transmigrationem Babylonie, generationes quatuordecim. Et à transmigratione Babylonie usque ad Christum generationes quatuordecim. Illas ergo quadraginta & duas generationum manſiones, quas Christus fecit aſcendens in Agyptum mundi huīus, ipſo numero quadraginta & duas manſiones faciunt, qui aſcendunt de Agypto. Et bene obſeruant poſuit Moyses, dicens; Aſcenderunt filii Iſraēl cum virtute ſua. Quæ eſt virtus eorum, niſi ipſe Christus, qui eſt virtus Dei? Qui ergo aſcendit, cum ipſo aſcendit, qui ad nos inde descendit, vt illuc perueniat, unde illa non neceſſitate, ſed dignatione aſcendit, vt verū ſit illud, quod dictum eſt, quia qui aſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit.]

Bernardus Epist. 190. disputans contra Abe lardum, hoc fuſſe ait, quod Christo acclama bant, & qui praibant & qui ſequabantur, benedictus qui venit in nomine Domini, agnoscentes ab eo omnem ſuam benedictionem dimanare, & omnem peccatorum abſtentionem. Eodem ſenſu, eas acclamationes accipit S. Greg. hom. 17. in Ezech.

741. Eodem applicat S. Cycillus lib. 2. de adorat, quod de ſerpente per caudam appre hendo à Moſe, ſieque in primitam formam re uocato, traditur Exodi 4. Cum enim p̄aemisſet manum Moſe antē leprofam, eſſe Christum, cuius dextera fecit virtutem, cāmque apprehenſionem ſerpentis, naturæ noſtræ ſuceptiōne significasse; eius verò redintegrationem in ho norem regium & expurationem à veneno; ſiue reformationem à ferali nequitia, & ſanctificationem, regreſſione ſerpentis in virgam regiam, fuſſe adumbratum: his inquam premiilli, ro gatus à Palladio Collocatore, S. Cyriſſus, quorū Moyses, ſerpentem cauda potius quām ali ter prehendit, legatur, hanc reddit rationem. [Caput, velut initium quoddam eſt totius animantis, vt cauda finis. Age igitur viuierum genus humanum, vt vnum animal hactenus cogitemus; apprehendit igitur caudam Christus, id est, extremas partes atque ultimas; exteris quippe ſeculorum temporibus aduenit. Verū quemadmodum, quamuis Moyses caudam apprehendit, tamen uſque ad ipſum quoque caput illa reformatio recurrat; (eſt enim totus ille ſerpens in virgam immutatus.) ad eundem modum, ultima licet apprehenderet Christus, attamen in viuierum genus pertinet, & ad caput ipſum uſque, id est, Adam, illa per gratiam reformatio peringit. Scriptum eſt enim, ideo Christum eſſe mortuum & resiſſe, vt viuā ac mor tuis dominetur: Igitur in extremis, ipſa quoque principiorum ſimil ac eſt perfecta redem pio.]

Rursus verò ad eiusdem libri calcem, expo nens factum Sephoræ circumcidens filium tenellum; Sephoram quidem filiam Sacerdotis Madiam, Moſi iunctam matrimonio, interpreta tor Ecclesiæ ex gentibus, adunatam Synagogæ. [Ergo cum Sephora (inquit) Ecclesiæ loco ex gentibus collectæ accipiatur a nobis, proculdubio, qui eſt ex eis filius, recentioris populi ſigilram tenebit; eō quod illam quam ſpiritus efficit in Christo pueritiam, atque in Deum regenerationem credentes accepert, quos etiam populum qui creabitur, appellat profecto David. Is igitur nuper in Christo genitus puer, recentior, inquam, per fidem populus, per Circumciſionem in ſpiritu mortem cohibet: Eſt enim calculus, naturæ illius firmiffime nota: cuius enim robur atque ſoliditas, per lapidem, vt qui durus admodum ſit, ſignificatur. Itaque etiam Iefus Nau, cum Iſraeliticis copias per Iordanem traieciſſet gladiolos laſpedis circumcidit, videlicet illam in Christo per ſpiritum Circumciſionem p̄aemisſat: Petra enim Christus, quem tanquam in figura, vt modò dixi, ille quoque calculus pranotat, quo Sephoræ eſt filius circumcisus. Quo tempore, etiam mors aufugit, atque à Moſe difceſſit is, qui illum quererebat occidere, quod illius in Christo circumcisionis Mysterium honoraret; in quo res ipſa gesta figurata nobis ſubclampare videtur, non ab iis modò, qui Christi circumcisione dignari ſunt, recessisse mortem, ſed ipſis etiam Patribus eam, Christi inquam, mysterium, auxilio fuſſe. Ut enim omnes in Adam mortui ſumus, ſic in omnes]

RAINAU

Tomus I
De Christi
et
Tomus II
De Atributi
Christi
XVII

366

Sectio IV Caput IX.

nec quoque illa per Christum gratia fertur ac fundatur. Id est namque mortuus est, et mortuus est viris dominetur. Ergo illo ipso tempore, quando populus circuncidatur, simul quoque patribus vita praestatur. Vident enim Deo, eo ipso quod viatori sunt; id enim sacris libris proditum. Spiritalis post Circumcisiois tempus, Christi aduentus est.

Illustratio eiusdem ex Anselmo. Moltus Rupertus.

742 His veluti adumbrationibus, veritas quam profundimus de anteriorum Sanctorum gratia e Christi fontibus hausta, non parum illustratur. Sed innat insuper, ei etiam lucem affundere maiorem, & firmitatem conciliare, adducta insigni ratione S. Anselmi lib. 2. cum Deus homo c. 16. qua modus communica & antiquis, Christi gratia, & congruens ratio cui ipsi quoque de Christi plenitudine accipere debarent, perbellè exponitur. Sic igitur habet. [Oportuit utique ut illa redemptio, quam Christus fecit, prodesset, non solum illis, qui eo tempore fuerunt, sed & aliis. Sit enim Rex alius, cui totus populus suæ cuiusdam ciuitatis sic peccauit, excepto uno solo, qui tamen est de illorum genere; ut nullus eorum facere possit unde mortis damnationem evadat. Ille autem, qui solus est innocens tantam apud Regem habeat gratiam, ut possit; & tantam dilectionem erga reos, ut velit omnes, qui credent suo consilio, reconciliare quodam seruicio ipsi Regi valde placitum, quod facturus est, die secundum voluntatem regis statuto; & quoniam non omnes possunt, qui reconciliandi sunt, ad diem illam conuenire, concedit Rex, propter magnitudinem seruicii illius, ut quicumque vel ante, vel post diem illam, confessi fuerint se velle per illum opus, quod ea die fieri, veniam impetrare, & ad pacatum constitutum, ibi acedere, ab omni culpa sicut absoluti præterita; & si contigerit ut post hanc veniam iterum peccaret, si digne satisfacere & corrigi deinceps voluerint, per eiusdem partis efficaciam iterum veniam recipiant: sic tamen, ut nullus palatum eius ingrediatur, donec factum sit, unde culpa relaxantur. Secundum hanc similitudinem, quoniam non potuerunt omnes homines qui saluandi erant, præsentes esse, quando redemptionem illam Christus fecit, tanta fuit vis in eius morte, ut etiam in absentes vel loco, vel tempore, eius protendatur eff. &c. Quod autem, non solum presentibus prodesse debeat, hinc facilè cognoscitur: quia non tot præsentes eius esse morti potuerunt, quot ad superna ciuitatis constitutionem necessarii sunt, etiam omnes, qui ciuidem mortis tempore vbiunque erant, ad illam redemptionem admitterentur. Plures enim sunt Demones, quam (de quibus restaurandus est numerus eorum,) ea die vincent homines. Nec credendum est, ex quo factus est homo, ullum tempus soisse, quo mundus illo cum creaturis suis, quae factæ sunt ad usum hominum, sic vacuus fasset, ut nullus esset in illo ex humano genere ad hoc pertinens, propter quod factus est homo. Videatur enim inconveniens, quod Deus vel uno momento permiserit humanum genus, & ea, quæ fecit, propter usum eorum, de quibus superna civitas percibenda est, quasi frustra existisse. Nam aliquatenus in vanum esse videtur.

quandiu non ad hoc, propter quod maxime facta essent, videretur subfittere.] Haec S. Anselm's ratione, opportunissima est ad intelligendum, quod supereramus comprobandum, tametsi illos subfectoru esse deriuatam.

Non repugnat Rupertus lib. 1. de operibus spiritus sancti cap. 27. cum negat collatam esse antiquis per Christum remissionem peccatorum, ante Christi passionem. Sensus enim est tanum, effectum illum peccati quo à regno excludebant, non fuisse sublatum nisi per Christi mortem: quamvis gratia que sublata est materialia, data sit antiquis per Christum, cum sint insufficiati. Exponit t' se ipse Rupertus lib. 4. de Processione Spiritus sancti c. 12. [Per sanguinem (inquit), huius solius, tam illi, quam nos, Spiritum sanctum in ista grata, que est remissio peccatorum, accepimus. In quantum videlicet, veterum & nouorum distinctione, illud perpendere pulchrum est, quia cum (sic ut alio in loco diximus,) duo sint: data sancti Spiritus, alterum in remissionem peccatorum, alterum in divisiones gratiarum: Veteres prius in divisiones gratiarum, quam in remissionem peccatorum accepti; noui autem, scilicet nos, qui post passionem Christi renachor aut renati sumus, plus in remissionem peccatorum, quam in divisiones gratiarum accepimus.] Et mox. [Itaque de illis, scilicet de veteribus Sanctis suis filii Dei, maxime qui ante diluvium fuerunt, & ecce dies illud mysticum B. Iob, quia concepti non videunt lucem. Gratia namque Spiritus sancti, qui est ip'a beneficio Patris & Filij, qui benedicit Deus masculini & feminini dicens, Crescite & multiplicamini, sterilis quidem deinde minus quin tanquam matrem vetus conceperit filio Dei, sed quis non perueretur ad tam dicta remuneracionis diem, immo nec cognitum mundo per alicuius Scripturae narrationem, mirum quasi concepti non viderunt lucem.]

Difficultas in contrarium quod gratiam Deiparae, & maiorum Christi.

743 Ratum igitur esto, gratiam quam antiqui Patres accepunt, è Christi meritis dimansisse. Est tamen circa hoc difficultas non paua, propter Deiparam, & antiquos illos à quibus Christus accepit esse. Nam in eum propriè dictum, cum sit mortaliter effectuum, supponit meritos existentiam, taliter obiectum, natura priorem merito, & gratia per meritum concessa. Eoque modo Christus ab origine mundi occisus est, quatenus in praescientia Dei, mors & meritum eius, fuit ante gratiam concessam iustis veteris Testimenti, ac legis natura. Atquin ea obiectiva antecedens Christi, non videtur posse admitti quod gratiam instorum illorum qui fuerunt Christi progenitores, & suis piis actibus merentur de congruo, fin minus Incarnationis substantiam latenter circumstantiam aliquam. Nam gratia illa, si erat obiectiva per Christi meritum, supponebat necessitudinem existentiam Christi præcognitam, sine qua meritorum non intelligeretur à Christo manare; quia quod non est, aut esse non concepit, non agit aut non concepit agere, sine physice, sine moraliter. In quo cau' alitas meritoria, quia est quasi effectiva, differit a finali, quia non impellit rem ad aliud, sed ad suiipsius conquestiōem allicit.

allicit. Si ergo illa gratia Patrum, supponebat Christi existentiam, quomodo poterat causare moraliter sive merito circumstantias Incarnationis, sine quibus Christus non poterat intelligi existens, & idoneus ad profundendum meritum, quo Patrum gratia obtingeret?

Prior eius extricatio.

744 Hoc argumentum, late tractatum est, exponendo causas Christi extrinsecas. Et ex ibi dictis, duplex eius dissolutio habetur: prior est: Christum Dominum, supposito peccato, fusile à Deo antecedenter ad omnia prædefinitum quasi vagè, quoad causas ex quibus esset proditum: ita tamen, ut certò constaret Deo Christum vi decreti illius, aliquo tandem modo, & per alias causas producendum, magna & exigua opera esse profusum, eaque hominibus applicaturum. Fato opera Christi sic obiecta Deo, non obicitur vt merita formaliter & in actu secundo; neque enim obiectum ut directa ad causandam præmissum affectionem. Obiectum tamen ut capacia quæ ad id assumentur; seu ut apta & digna quibus implanterum formale meritum. Et catenus possunt dici *merita*, nempe obiectioe potius quam formaliter: quia eorum intuitu Deus inducitur ad conferendum aliquod bonum, etiam si non intelligitur ab operante directa ad talem inductionem causandam, quod est de ratione meriti formalis. Per ea ergo Christi merita sic præconcepta, potuit conferre gratia Christi progenitoribus, qua congrue merentur circumstantiam aliquam attinente ad Christi existentiam, & Verbi Dei Incarnationem determininata postmodum decernendam per certas & definitas causas. Postmodum dico, non quia sit in diuino decreto villa temporaria successio; sed quia nostro concepiendi modo, simplicissimum & plane simultaneum processum diuinæ voluntatis, pro varietate obiectorum ad quæ terminaq; dearticulamus, & signis rationis prioribus ac posterioribus subnotatis, distinguimus. Quia ergo obiectum diuini decretri de Christo producendo, spectatum quasi generatum, & antecedenter ad certas causas per quas executioni mandandum est, præsupponitur istud causis determinatae consideratis, merito agnoscitur in Christo prioritas aliqua rationis, in qui meritum Christi habet locum antecedenter ad causas illas definitas existentia sua, in posteriori signo decernendas. Neque idcirco villa in diuinam conceptionem confusa, vel in decretum imperfeta indeterminatio cadit: sed omnis confessio & indeterminatio quæ ibi in priori signo concepitur, tener se ex parte imperfecti nostri modi concepiendi, salvo semper Deo perfectissima sua. & ab omnibus de ceteris nostris exquisite purgata, intelligendi & decernendi rationes, cuius correspondentiam cum varia præsuppositione obiectorum eam terminantur, adæquate prædicta nostro concepcioni modo conatur.

Posterior difficultatus proposita expeditio.

745 Alterum responsum, quo dissolni post difficultatus proposita, circa gratiam Christi progenitoribus concessam, illud est; gratiam Theoph. Raynaud: de Atrib. Christi.

nimirum illam non cecidisse sub proprio dictum Christi meritum, quo res primum ponitur; sed tantum sub improprium & compensatum, quod extensa non nihil meriti notione, meritum dicitur. Imaginandum namque est, Deum gratiam antiquis illis Patribus & progenitoribus Christi iūi, ante conceptam Christi existentiam, ut eius adiunctum aliquid, mererentur, concessisse veluti credito, probè consicium, fore ut Christi cum producitus foret, exhibitione pretij superabundantis compensaretur. Qua ratione, gratia primum conceditur antecedenter ad Christum, & proinde independenter ab eo. Postea vero posita Christi productione ac meritis, si perfecta gratia (ut constat perstare gratiam habitualē), retinetur ex iustitia ex parte Christi, qui pretium pro ea gratia credito praestita, est clarius. Hoc itaque pacto, præcluditur difficultas proposita, quæ ducebatur ex necessaria præexistenti obiectiva meriti propriè dicti ad primum, quam constat non posse habere locum in Christi meritis ad primam gratiam Patrum exhibitionem comparatis; quia merita Christi non potuerunt diuina præiustioni obiecti ante Christi progenidores, & gratiam eorum: quandoquidem Christus meriti suis anterior, ab hismodi progenitoribus pendebat, eratque eis & tempore & natura posterior. Posse porro ista sufficere ad explicanda & tuenda quæ de Christi merito circa antiquos Patres à quibus progenitus est, sum affumanda, inde liquere videtur, quod hoc sit aliquod meritum & ea ratione rectè intelligatur omnem planè gratiam hominibus lapsi ēœcessam, ad Christum referri tanquam ad principium, & ab eo esse; quod unum habemus ex principiis reuelatis, quibus nominativum traditur, Christum mortuum esse in redemptionem earum prævaricationum quæ erant sub priori testamento: atque adeò gratia antiquis Patribus promeruisse. Et erunt sane hoc Christi merito erga progenidores suos contenti, qui nullum aliud citâ quousquis antiquos, Christi meritum agnoscent; ut Aegidius de actibus supernat. disp. 8. dist. 7. n. 115. & à Ragusa Tomo 1. 3. p. dist. 3. 2. §. 4.

Discussa que in eam nuper obiecta.

746 Sic iam pridem statueram de hoc merito, cum ista recognoscendi, oblatum est recens à præopus, Didaci Alarcon in primam partem, ubi tractatu 4. disp. 3. c. 4. à n. 16. in hanc doctrinam à nonnullis quos refert traditam, fuisse disputat. Reuera tamen quæ proponit numerio illo 16. & tribus sequentibus, nullo modo feruntur compensationem illam gratiam Patribus crediti concessâ à Christo factam; sed tantum impugnant eiudem gratia meritum propriè dictum à Christo elicium per actionem gratiarum, quale meritum non assignavimus Christo. Quamvis enim Christus gratias Patribus egerit pro gratia antiquis Patribus concessas; tamen per eam gratiarum actionem, Christus non meruit propriè gratiam Patribus à quibus præhabita supponitur, etiam in obiectiva existentia. Neq; verò Christus daturax per actum actionis gratiarum, (ut per se assumitur), sed per quousquis alios actus suos, promeruit dicto modo Patribus Gratiam. Omnibus enim C. actib. & quæ com-

A A a mune

mune fuit, compensare posse hoc munus collatum antiquis. Addit idem Autor numero 21. de fide esse Christum non modis esse causam finalis iustificationis hominum quocumque, sed etiam meritoriam: utramque enim illam causam expresse fecerit Tridentinum sess. 6. c. 7. Atqui iuxta doctrinam propositam, Christus non est nisi causa finalis donorum Patribus concessorum. Nam dare gratiam sanctificantem intuitu Christi eam aliquando compensatui; sive ut Christus det gratiarum actionem, aliud non est, quam Deum eam gratiarum actionem intendere; & ut ipsa aliquando sequatur, dare gratiam: vbi nulla alia causalitas meritorum Christi apparet, quam finalis: qua tamē certid non sufficit, cum Concilium præterea requiriat meritoriam. Deinde ex generalibus doctrinæ de gratia principijs, constat, quod Deus dat gratiam ut aliquid fiat, non dare eam quia opus illud factum est, aut faciendum, iuxta solennem Diuini Augustini argumentationem libro de Prædestinatione SS. cap. tertio, & decimonono, & Concilij Araucani canonem 25. Sed potius date gratiam, ut hat opus quod ab ipso gratia non efficeretur: quod est moueri a fine boni nostri per Deum intento, non à merito per nos exhibendo. Si ergo similiter Deus, ex intentione actionis gratiarum a Christo exhibendarum, consulit antiquis gratiam, per se sequitur, Christum non fuisse causam meritoriam gratia illius, sed finalis tantum: sic Autor prædictus, parum appositi ad id de quo agitur, Christum enim esse causam meritoriam gratie Patribus data, extra controversiam est. Sed quod id meritorum sufficienter accipiatur de compensatione per Christum prædictam, affirmant iij quorum sententiam prædictus Autor excusat. Et cum deberet in ea meriti pro compensatione accepti explicazione refellenda hincire, totus est in excludenda mera causalitate finali, Christi in gratiam Patrum: quam solam causalitatem, gratis supponit inuchi ab iis quos impugnat. Itaque tota eius machinatio, abit cassa, & in ventum.

Facile pōr̄d est, hunc Autorem urgere multo magis, expendendo dissolitionem nodi propositi qua tandem ab ipso profertur numeri 37. & 53. Argumentum erat eiusmodi. Gratia fuit antiquis Patribus data, tanquam præmium actionis gratiarum quam Christus prævidebat eliciturus in tempore. Sed talis gratiarum actio supponit ipsam gratiam collatam, ut perse liquet. Ergo idem est priusquam sit: quia scilicet gratia est ante præsumptum suam causam quasi efficientem, id est meritum Christi ante quod præsumptum data supponitur. Huic argumento responderet Autor prædictus, gratiam datum Patribus, est priorum actione gratiarum Christi, in genere autem causa quasi efficientis & meritoriae, est posteriorum. Sicut actio physica pendet obiectu termino qui per eam efficitur, & productio actua Verbi diuinæ, ex parte Patris specificatur à Verbo, ut à termino & obiecto, cognito ac producto per talem generationem quamvis Verbum origine, in genere principijs quasi efficientis, sit posterius ea generatione. Istam endicationem argumenti propositi censio profluo inanem. Est enim prorsus impossibile, ut aliquid prius concipiatur existere, (quod planū verum est de obiecto

actionis gratiarum, seu de gratia data Patribus) & simul non concipiatur existere, ut sane nesciis est concipi gratiam Patribus data, quantum iuxta aquæclarum, causanda est a Christo, merito propriè dicto, per actionem gratiarum. Neque condimenta quibus addecuruntur conatur doctrina sua saporem conciliare, sunt reuera talia que iustificatam eius abstergant. Nam in exemplis qua proponit, præexistente non exigitur virisque realis & exercita, saltem obiectu; sed ex una tantum parte est præstentia realis. Ipse autem virisque, cum apostolus impossibilitate, statuit realem præexistenciam inter duo illa de quibus hic agitur, in tempore inter gratiam veterum, Christi gratiæmodum tanquam causa meritoriae repensam, & ipsam graditudinem, cui realiter pote concipi oportet beneficium collatum, nemo non videt. Quare valeat responso, aperte impossibilitati subvenire & probabile manear, quod de Christi merito non nisi compensativo, est adductum.

Summa antedictorum. Obiter an opa membra mystici Christi, sit moraliter dignus.

747 His ita constitutis, ratum ac fixum manet, quod hic præmisimus; nempe omnem gratiam hominis lapsi, est gratiam Christi: ut mirum non sit, in Concilii Africani, & Ascaniano, ac Tridentino, & in Episcopis summorum Pontificum Innocentii, Sixti, Zozimi, Celestini, Gelasii; Et apud Patres, præsertim Augustinum, omnem gratiam nobis concessam in hoc statu, passim vocari *gratiam Christi*, sive per Christum, quia eius meritis reperendit, non tantum in eius gratiam ac ob eius amorem, sed etiam ob eius merita. Posset enim quis, ob personam quam diligit, rameti nihil tale promeritatem, aliquid praestare alteri, quod non diceretur facere ob merita personæ dilecta, etiam si faceret eius invitus. Deus ergo non tantum in gratiam Christi, eisque intuitu, homini lapsi gratiam consulit; sed etiam prout merita Christi sū: quod & Christo honorificentur est, & nos ad eius amorem vehementius incidunt. Neque vero id duxisse accipendum est, de gratia emittentiæ ac intrinsecè supernaturali, sed de omni planè gratia creata, etiam illa quæ extrinseca est, & non nisi in remociione impedimentorum salutis cernitur; aut ad temporales terminatur, dummodo supernaturali modo conseratur: id est aliquo modo ad ordinem gratiæ, & salutem attingere alienus pertineat. Quicquid enim huiusmodi est, recte dicitur, & est gratia per Christum. An vero his donis per Christi merita obuenientibus, annoveranda quoque sit gratia increata, id est actus diuinus terminatus ad conferenda nobis haec aut illa creata bona, dicam cap. sequenti, tradans influxum Christi in prædestinatos. Quid enim illic, de actu diuinæ voluntatis terminata ad prædestinatos statuimus, & quæ si tuncdum est de actu simili, terminato ad quodcumque subiectum supernaturale beneficium.

An item dona illa gratia, quibus Deo placimus, & merita quibus gratiam & gloriam commparamus, & opera inde procreata, ex eo quod sint nobis per Christum concessa, sunt moraliter digniora

PAINAU
Tomus I
De Christi
et
Tomus II
De Atributi
Christi
A. V. II

digniora quām si nobis aliunde obuenirent, de quo inter Praepositum 3. parte, quæst. 19. num. 6.; Valsq[ue]m 1.2. disp. p. 2. t. 4. cap. 3. ac 7. negantes, & Vegam lib. 4. in Conc. cap. 8. Caietanum Tom. 3. Opuscula tract. 9. c. 9. Hofium in Confessione Polon. c. 73. Beccanum de Incarnatione cap. 14. quæst. 12. num. 5. Suarem lib. 12. de gratia cap. 19. affirmantes, controvenerunt; non refert multum ad rem præsentem. Obiter tamen dixerim, adhærendū esse parti neganti, si sensus esset, opus supernaturale quo[u]d omnibus speciatim in statu innocentia promeruerit gratiam viuum gratiae & gloria; non inuincere maiorem gratiam, Christo itud augmentum supra conditionem operis nobis promerente. Sic enim nos, extra dispositionem nostram iustificaremur, & bearemur ex parte. Nec cum praedita sententia sensum stabilium, quo pro ea proferuntur: ac nominati quod Christus Iohannis 10. se venisse ait, ut oves vitam habent & abundanter habent. Id enim optimè saluat, per meritum selectiorum illorum & verborum auxilliorum, que dicerentur per Christum nobis obtigisse, supra eos qui anterioribus leculis in magna gratia & auxilioribus caritate vixerunt. Si tamen sensus partis affirmantis tantum sit, opera nostra, ex eo quod nos Christi corpori conseruamus ut membra viua, honestari non decore, siue digniora, ac proinde certam aliquam gratiam sanctificantis ac gloria portionem eis sic honestatis, tanquam circumstantia. Quis nobilior affectus, respondere; sic non invitus subserbo parti affirmanti, cui non obsever fave Tridentinum Sess. 6. c. 16. Homini quippe, ex eo quod per gratiam sanctificantem fiat membrum Christi viuum, accedit dignitas aliqua, ad conciliandam operibus eius dignitatem opportuna. Pro dignitate autem perfona, etiam opus in se ac intrinsecè idem foret, augeri meritum operis, sententia est satis recepta in Tractatione de merito. Igitur recte assertur, opera hominis ex lapsum per Christum erediti, & Christo capiti sociati, esse magis meritoria, quam propter sunt ipsius hominis, auctiore per caput suum dignitate colluentis, quam forent si ab homine elicenterent in statu innocentia, inclusa honestatione operantis, ex eo quod sit Christi membrum.

Sine admittendus Christi influxu in hominem integrum, & Angelum.

748 Pergo ad influxum Christi in hominem integrum, & Angelos. Adam enim priusquam peccaret, gratia sanctificante colluxit, quam non videtur potuisse per Christum accipere, quia Christus non fuit à Deo præordinatus, nisi occasione peccati. Igitur ante præsum peccatum, non potuit prouidere Christus venturus. Et tamen in signo rationis ante præmissum peccatum, Adam præsum est habere gratiam. Atque ita gratia Adamo collata in statu innocentia, non videtur potuisse conferri ex Christi meritis. Et ita plane significat S. Augustinus lib. de corrept. & gratia c. 11. Tametsi enim ait, Adamum innocentem non egisset Christi morte, quod posset referri ad excludendam tantum redemptionem; Tamen eo loquendi modo D. Augustinus videtur designare Christi Theoph. Raynandi de attrib. Christi.

meritum, quod maximè morte constituit. Et alia subdit de potentiore gratia, quæ Christus est, Adamo non necessaria, nobis autem concessa, quæ planè ferunt eam quam dixi gratia Adami innocentis independentiam à Christi meritis. Et ita tradunt Monila prima parte q. 63. art. 3. disp. vnica membro 5. coi. cl. 7. Valques 3. parte disput. 48. c. 2. infert, Christum non esse caput hominis in statu innocentia, quomodo enim caput, si gratiam non influxit? Neque vero dici potest, Deum per scientiam medianam, conscientiam eius quod futurum erat, contulisse Adamo gratiam, dependenter à Christo: quatenus scilicet conditionaliter præsciebat, Adam in his vel illis conditionibus postum, peccaturum, atque adeo Christum venturum, quas positiones iam tunc decernebat permittere, & præuidebat: ipsas apponendas. Hoc inquam iuvare non potest, ad explicandum quomodo Adamus in statu innocentia potuerit gratiam accipere per Christi merita. Nam merita conditionalia, quamdu[m] sunt tantum conditionalia, non mouent ad remunerandum: aliqui tota prædestinationis series, posset esse ex merito. Et æquè dicendum esset, demerita conditionalia, digna esse repensione actuali supplicij, quod nemo non videt, absurdum esse, & iure à Diu Augustino & Prospero, aduersus præmium meritis tantum conditionatis repenitentis, obicitur. Atqui merita Christi prout scientia media obuersantur, non sunt nisi conditionalia. Ergo ut sic, non mouerunt Deum ad dandam Adamo innocentiam gratiam. Cum autem conditio mandatur executioni, & merita Christi præfonsunt absolute futura, antecedit in priori rationis permisso peccati, ipsumque peccatum, quod ratione subseqetur statum gratiae, è quo Adamus per peccatum deicitur. Hac difficultate virget influxus Christi, in hominem constitutum in statu innocentia.

Par portò difficultas virget pro Angelis. Collata namque est Angelis gratia, antecedenter ad peccatum Adami: ut ex eo constat, quod Dæmon qui prius gratia colluxerat, postquam felici illo statu excedit, ruinam Adamo concivit. Ex quo sequitur, gratiam & Adamo innocentem, & Angelis, in codem signo rationis fasile decretam. Sicut ergo difficultas propria, euincere planè videtur, gratiam non esse Adamo innocentem latam per Christum, ex sola peccati absolute præsciti occasione decreatum; ita idem de Angelorum gratia videtur affirmandum: quod centent Valsques tercia parte disp. 49. a. c. 2. Lessius Opusc. de Christi prædestinatione num. 4. & 11. Bocanus Tract. de Angelis c. 2. quæst. 4. Aluarez tercia parte, disp. 40. & ibidem Petantius quæst. 8. art. 1. disp. 1. Praepositus 3. parte q. 19. num. 57. Bonac. disp. 2. de Incarnat. quæst. 12. puncto 7. Nec qui in contraria sunt sententia, & Angelos gratiam à Christo habere centent, videntur ita philosophati, nisi ex suppositione, Christi in primo signo, & antecedenter ad peccatum præsum prædestinati: Quia suppositione facta facile defenditur, quomodo Angeli à Christo gratiam acceptent; vt affirmat sanctus Thomas in c. 1. Iohannis, ad illud, de plenitudine eius omnes accepimus. Suar. 3. parte Tom. 1. disp. 42. sect. 1.

A A a 2 Valen

*Admittitur pro virisque, Christi infra
xiii, ex P.P.*

Valentia 3. parte disp. 1. q. 8. punct. 3. Benzonius in Psalm. 86. c. 29. priorem suam sententiam retrahens in gratiam concionatorum Fontecca 6. Metaph. c. 2 q. 6. sect. 2. Aſſert. 3. A Rua controu. 8. Scholastica, parte 1. & 2. Viegas in cap. 1. Apocal. Comment. 1. ſect. 9. Spinellus de Deipata cap. 14. Iacobus Pinto, adducens multos lib. 3. de Christo Crucifixo Titulo 2. loco 4. n. 6. & latè Feūardentius in appendice ad Caſtrum V. *Angelus* hæſi 6. qui putat hanc gratia Angelica à Christo deriuationem, eſſe ex fide certam: contrarium autem placitum dānat hæſecos, eo maximè nixus fundamento, quod Christus sit Angelorum caput æquè ac hominum: Ratio autem capitis supernaturalis, omnino ferre videatur, influxum gratiæ, membra sub eo capite conſtituta perfunduntur.

*Eſſe par ratio hominis integri & Angelii,
quoad rem preſentem.*

749 In hac difficultate, fateor eandem omnino debere eſſe rationem Angelorum & Bōtoplaſtorum innocentium. Cum enim vtrique gratiam habuerint ante peccatum hominis pr̄iūlum, ex cuius occaſione Christus decretus eſt; profecto vel vtrique gratiam à Christo acceperunt, vel neuri. Nec plus eſt certitudinis, in ratione capitii Christo vindicanda reſpectu primorum hominum, quām reſpectu Angelorum, aut vice versa. Paucā quidem de hominis innocentis subordinatione ad Christum, in Paſtribus produntur: in Scripturis autem vix illa, quia ſtatus ille perbreuis fuīt, & homo gratiam in eo diuinitūs indultam, mox amifit, nec recuperauit niſi intergentu cuius nobis quod fecit Dominus. Tamen cum sit omnino partis inter hominem innocentem & Angelum, quoad signum rationis in quo vtrisque decreta eſt gratia: cum item vtrisque obuerſata diuinitūs huius Christi venturi species, quod de Angelis, docente paſſim qui eam fuīſe illis occaſionem ruinae volunt, de Adamo autem inſinuat haud obſcure Apostolus, attingens Adami ſoporem ſupernaturalē: (neque verò neceſſarium fuīt Christum obliuci Adamo, ut medicum, quia id eius laetitiam temeraret ut bene vidit Faustus lib. 2. de gratia & lib. arbitrio c. 7.) Cum inquam hæc omnia ita ſe habeant, & quoad hominem integrum, & quoad Angelum: omnino eodem modo de vtrique philosophandum cefeo, quoad dependentiam gratia ipsorum à Christo. Nec quoad hoc, circa alterutros magnam certitudinem inuenio, contra Feuarden- tis amplificationem. Quod enim Christus fue rit hominiſ innocentis & Angelorum caput, non probat, neceſſariò Adamum innocentem & Angelos habuisse gratiam dependentem à Christo: cum ratio capitii, poſſit per alium Christi influxum intelligi quoad Angelos; nempe per illuminationes, & eruditio[n]em nouam ſuperius expositam. Quoad hominem autem innocentem, facile ſit, & incommode vacans, rationem capitii admere Christo. Itaque an gratia Angelorum & hominiſ innocentis, ſit gratia Christi, mecum problema eſt, in quo ci- tra periculum fas eſt parti alterutri adhætere.

Mihi tamen ſententia, quæ Adami innocentis, & Angelorum gratiam Christo acceptam refert, amplectenda videtur, cum ea temperatione quam nunc proponam. Eſt enim Christo honorificior, quia ea ratione viuferis Pater futuri ſeculi conſtituitur; & totus orto gratia ad eum reducitur, multoque melius intelligitur & Ecclesiæ viuitas, & Christi capitii ſuper omnem Ecclesiæ ſumma perfecio, in ratione capitii. Idem non obſcure in Scripturis inſinuari affiſmant alii, qui apud Apofolos aſſerit per ſanguinem Christi reconciliati omnia Deo & pacificari, tum quæ in celis, tam quæ in terraſ ſunt, pacificati in qua[n]tum, non modi inter ſeipſa, ob ſopitam ſimilitatem quæ homines inter & Angelos intercedebat, felicitate que Christi morte dirempta eſt; ſed etiam cum Deo, ut diſerte affiſmat Origenes hom. 1. in Lev. & S. Hieronymus in c. 1. & 2. ad Ephes. Sed ea interpretatione loci Apofolici non videtur comoda; meliusque S. Augustinus c. 61. Enchiridij accepitſe hunc locum videtur, cum dixit. [Quo in Sanctis Angelis & virtutibus Dei eſt Ecclesia, tum nobis ſicuti eſt innoſceret, cum ei coniuncti fuerimus in fine, ad ſummi habendam beatitudinem ſempiternam. Ita verò que ab illa peregrinatur in terraſ, eo nobis notoreb[us], quod in illa ſumus, & quia hominem eſt, quod & nos ſumus. Hæc ſanguine Medicator nullum habentis peccatum, ab omni redempta eſt peccato, eiſiſque vox eſt, Si Deus pro nobis qui contra nos? Qui filie proprio ſuo non peccat, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim pro Angelis mortuus eſt Christus. Sed ide etiam pro Angelis fit, quidquid hominum per eius mortem redimitur & liberatur a maloq[ue]niam, cum eis quodammodo redit in gratiam post inimicitias quas inter homines & factos Angelos peccata fecerunt, & expiis hominum redemptione ruinae illius Angelicæ detinenda reparantur. Ea vtrique nouerunt sancti Angeli docti à Deo, cuius veritatis aeterna contemplatione beati ſunt, quanti numeri ſupplementum de genere humano integritas illius cuiusvis expeſet. Propter quod ait Apofolus, inſtruant omnia in Christo, que in celis ſunt, & que in terraſ. In ipſo quippe inſtruant que in celis ſunt, cum id quod inde in Angelis lapſum eſt, & hominibus redditur. Inſtruant autem que in terraſ ſunt, cum ipſi homines qui predeſtati ſunt ad aeternam vitam, a corruptioni veſtute renouantur. Ac ſic per illud ſalutare faciſſicium, in quo Medicator eft immolatus, quod viuum multæ in lege viſtimæ figurabant, pacificant coeleſtia cum terrefribus, & terrefria cum coeleſtribus. Quoniam ſicut id Apofolus dicit, In ipſo complacuit omnem plenitudinem, Diuinitati, inabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſive que in celis ſunt, ſive que in terraſ.] Hic ergo Apofolii locus, non eſt ad eadē validus pro aſtrunda ſententia quam excusimus, ut aliqui arbitrantur.

Aptius ergo proferuntur nonnulli Patres, à quibus eadem veritas apertiū traditor; ut à sancto Cyrillo lib. 9. de Adorat, cum agit de Aaron,

Aaron, semel in anno vngente sanguine purificationis peccatorum capita cornuum, ingrediebatur. [inquit,] vir ille admirabilis Aaron in Sancta sanctorum semel in anno, per sanguinem purgationis peccatorum. Vide autem rufus in hoc Christum sanguine suo pro salute omnium ac vita, suam crucem quodammodo aspergenter, Crucis quippe figura sunt cornua, que manuum instar vtrinque exportatae prominent. Igitur mortuum quidem semel Christum intellige, sed eundem ex natura sanctum esse tanquam Deum. Est enim verax Iohannes, qui ait; *Ex plenitudine eius, nos omnes accepimus:* Est enim Christi particeps, inueniens non modo visibilis, sed etiam inuisibilis creatura. Angeli, namque & Archangeli, & ille quoque, que supra hos sunt naturae, ipsa denique Cherubim, non aliter, quam per Christum solum, in sancto Spiritu sancta sunt. Ipsi igitur est altare, ipsi thymiama, summusque Sacerdos, ipse item sanguis purgationis peccatorum.]

751 Optime S. Ambrosius lib. de benedic. Patriarch. cap. 11. [*Benedixit,* (inquit) *teum, benedictione cali a summo, & benedictione terra habentis omnia.* Omnia enim subiecti ei, cœlestia sicut benedictionem cœli, & terrena sicut benedictionem terrae, ut & hominibus & Angelis dominaretur. Itaque in illo velut contemplibili corpore, prævaluerit, (inquit,) propter benedictionem uberum & verna.] Ex mox. [*Genitam igitur Propheta in Christo substantiam declaravit, diuinatis & crucis alteram ex Patre, alteram ex Virgine, ita tamen ut non exors sua esset diuinatis, cum ex Virgine nasceretur, & esset in corpore. Vnde & prævaluerit super omnes montes, & desideria collium aeternorum. Super enim omnes illos sublimis meriti viros Patriarchas & Prophetas, & Apostolos, sed etiam ultra Solem, Lunam, Archangelos, tanquam cœli lumina emicunt, sicut ipse ait, Non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum. Qui enī in illorum fuit, cui subiecta essent omnia, quibus ipse donauit quod erant. In quo benedicuntur omnes sancti eius, quia ipse est super capita omnium caput. Caput enim nullius, virtus caput viri, Christus. Et super vertices montium. Quia ipse est superemens vertex universorum. Sed iustorum est vexillum altissimum. Quos fratres vocavit, acquisitos per gratiam, & quoddam generationis consortium. Vnde ex fratribus Ioseph, illos magis fratres intelligimus, de quibus dicit in Psalmo; *Narrabo nomen tuum in fratribus meis, in medio Ecclesia cantobibi.* Denique & Moyses completerus vita istius cursum, cum benediceret tribum Ioseph, non illum vixit defunctum Ioseph, sed Christum benediebat, sicut habet scriptum de Ioseph; *A benedictione Domini terra eius, à fructibus cali, & vore, & ab abyssorum fontibus deorsum, & secundum horam à fructibus Solis cursus & à convenientibus mensuram, & à vertice montium ab initio, & à vertice collium aeternorum, & ad horam à terra plenitudine, & ab eo qui visus est in rubo, veniat super caput Ioseph benedictio, & super verticem honorificus sit interfratres. Primogenitus tauri decus eius, corona unicorni cornua eius. In ipsis gentes renibabit simul usque ad extremum terrae: Ipsa myriades Ebraim, & ipsachiliades Manasse. Benedictio eadem est qua omnem habet & cœlestium &**

terrestrium plenitudinem, & speciem Christi gratiam, qui visus in rubo dixit ad ipsum Moysen, *Solis calcamentum pedum tuorum, qui est super omnia Deus, quia ipse est caput corporis Ecclesiae:* qui est principium primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens; quoniam in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare. Et idem soli benedictionis huius prærogativa defertur, a summitate cœli usque ad extremum terrae, Ipse est enim ante omnes, in quo constant omnia; que etiam per sanguinem crucis sua pacificauit omnia, sive quæ in cœlo, sive quæ in terris sunt.]

752 Suffragatur S. Gregorius lib. 1, in pri-
mum Regum ad illud capitul. 2. non est sanctus
et est Dominus. Ibi Christum omnis sanctitatis
fontem demonstrans, sic scribit. [*Quisquis potuit*
sanctus existere, eius accepit munera, ut sanctus
esse potuisset. Hoc namque sancta Ecclesia subsequenti verbo insinuans, ad eundem Redem-
pторem ex nimia charitate conuerterit, dicens;
Neque est aliud extra te, subauditum, sanctus. Ex-
tra eum sanctus aliquis esset, si absque dono
vnigeniti, sanctificationis Spiritum habere po-
tuisset. Sed quia hoc assertere audeat de hominibus,
quod de Angelis nequam constat; scriptum
quippe est; *Verbo Domini cali firmati sunt,*
& *Spiritu oris eius, omnis virtus eorum.* Verbum
Domini, est vnigenitus Dei. Quem profecto
Euangelista Iohannes insinuans, ait; *In principio*
erat Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus
erat Verbum. Si ergo etiam Angelii sanctificati
creduntur in filio, multo magis de hominibus
cedicur, quia extra eum sanctificationis gratiam
inueniri non possunt.] Agit aperte de Christo
homine, sub eadem ratione sub qua est nobis
fons sanctitatis & gratiae.

Gilebertus in Altete, c. 18. [Bonum Creato-
ris donum, hominem & Angelum in superbiam
extulit, quia magna proflus utiusque celstido,
illius in principatu Angelico, istius in propa-
gando genere humano. Tanta gloria pondus,
uterque ferre non valuit, vnde uterque
cedidit. Quapropter nisi Verbum incarnatum,
in donis suis hominem & Angelum custodiat,
leuitate naturæ uterque vacillat. Donum enim
Dei magnum est, quo Angelus bonus stabilitus
est.]

*Qui in hanc rem minus verisimiliter
adducti.*

753 Videri possit patrocinatus eidem veri-
tati, & staurate Christum fontem gratiae An-
gelorum, S. Bernardus ferm. 2. de Circumcisione
cum ait, [Idem Angeli Saluator & hominis, sed
hominis ab Incarnatione, Angeli ab initio crea-
turae.] quasi iam tunc Angelus gratiam acce-
perit propter Christum. Alium tamen fuisse sen-
sum S. Bernardi, non obscurè colligitur ex ser-
mone 22. in Cant. vbi de ea Angelorum per
Christum sanctificatione plenius differit verbis
illis, [Quomodo ergo in principio erat Verbum.
Sed Verbum erat apud Deum, factum est autem
quatenus esse inciperet & apud homines:
sic nihilominus in principio sapientia erat, erat
iustitia, erat sanctificatio & Redemptio. Sed An-
gelis. Ut esset & hominibus, fecit eum haec omnia
Pater, & fecit quod Pater. Denique qui fa-

A A a 3 eius

Etus est (inquit,) nobis sapientia à Deo; Et non ait simpliciter, qui factus est sapiens, sed qui factus est nobis sapientia: quoniam quod erat Angelis, factus est & nobis.] Hic locus videtur exponere priorem; & monstrare eatenus tantum conciliam Christo fuisse à S. Bernardo sanctificationem Angelorum, quatenus Verbum erat apud Deum, non autem quatenus est Verbum, homo; sub qua consideratione id hoc loco affirmamus. Similiter serm. 2. de Pent. tradens quomodo Deipara sit medium terra in quo Dominus operatus est salutem, aperit demonstrat, salutem per eam, id est per Christum in ea & ex ea procreatum, non esse factam Angelis; nisi quia de nobis salvatis sunt latenti; sic enim ait de Christo in vtero. [Et nunc iam operabatur salutem nostram in medio terra, in vtero videlicet Virginis Mariae, qui mirabilis proprietate terra medium appellatur. Ad illam enim sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium seculorum respiciunt, & qui in celo habitant, & qui in inferno, & qui nos praecesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Illi qui sunt in celo, vt resarciantur, & qui in inferno, vt eripiantur: qui praecesserunt, vt Prophetæ fideles inueniantur: qui sequuntur, vt glorifcentur. Eo beatam te dicunt omnes generationes, Genitrix Dei, Domina mundi, Regina cœli. Omnes inquam, generationes cœli & terra. Pater Spiritum, (ait Apostolus) ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur. Ex hoc ergo beatam te dicent omnes generationes, quia omnibus generationibus vitam & gloriam genuisti. In te enim Angeli latitiam, iuxta gratiam, peccatores veniam inuenient in æternum. Merito in te respiciunt oculi totius creaturae: quia in te, & per te, & de te, benigna manus omnipotens, quidquid creauerit recreauit.]

Ambigui posse, an de Christo Deo homine, an de eodem prot Dei tantum, agat Alexander Episcopus Alexandrinus Epist. ad Alexandrum Constantinopolitanum, quæ extat lib. 1. Concilij Nicenij per Pilanum, & apud Theodoretum lib. 1. histor. cap. 4. cum dicit. [At Salomon fieri non posse ait ut vel cogitatione comprehendatur vestigium serpenti in pietra quæ est iuxta Paulum, Christus. Sed creatura illius tam homines quam Angeli benedictionem accepero, ut progressionem facere possent, in virtutis & legitimorum mandatorum exercitio, ne peccatis irretiantur. Itaque & Dominus noster, cum natura sit filius Patris, ab omnibus adoratur. Verum qui Spiritu feruitem excusserint, per virtutem & progressionem adepti Spiritum adoptionis, beneficio naturalis filii efficiunt ipsi filii adoptivi.] Ambigo an de Christo prot Deo agat, quia id fert eius institutum: quoniam omnes Scripturæ, quas ibi & proximè mox adducit, spectent ad Christum prot hominem. Quare fistendum est postius, in testimonio ante prolati, quæ perspicua sunt.

Discrimina influxus Christi in Angelos & hominem integrum ex una parte; ac lapsum ex altera.

754. Est igitur ex predicatione admodum probabile, gratiam quoque Angelorum, & Adami innocentis, in Christum esse referendum. Hoc tamen ita intelligentem est, ut longe alter Christus statuatur illis fons gratiae, quā nobis in natura lapsa. Nobis enim Christus gratiam promeruit propriè, & per meritum fratre acceptum, quod præexistere saltem obiectum intelligitur ante collatam gratiam. At de Angelis & homine innocentie, aliter est statuendum: quia gratia eorum, decreta est ante decretum permissionis peccati; & ab eterno praewisa conferenda, ante promissionem Christi, qui solus peccati occasione decretus est in posteriore signo. Quare dicendum est eatenus & Adami innocentis, & Angelorum gratiam Christus acceptam esse referendam, quatenus merita Christi fuerint compensatio & solutio; gratie Angelis & Adamo innocentie veluti credito concessæ. Imaginandum enim est, Denique quoniam potuisse ex misericordia Angelis & homini innocentie elatigi gratiam similes & absoluæ, tamen apponuisse conditionem, ut hī contingat alia occasione Christum ponat, & offerat preium sua illius beneficentia anticipata, admissurus illud esset. Quale genus misericordia, familiare est in subventione impensa egensis, non omnino destitutus spe fortuna pinguis, & regressus ad meliore. Nec Deum dedecet ea subleueatio, cum ita misericordia eius commendetur, ut iustitiam quoque acceptanda per Christum compensatione, extollat. Ad Christi vero dignitatem refert plurimum, ut per se puto. Sic igitur apud se, nostro concepido modo statutus Deus. Dabo gratis Angelis & Adamo innocentiam gratiæ, eamque vi huius decreti negatur non esse, etiamsi nulla spes compensationis affulgeret. Si tamen Christum meum, occasione peccati ponit contingat, & hanc gratia collationem compensare velit, admittat compensationem. Qui actus, respectu diuersorum, est liberalitas simul & iustitia. Liberalitas quidem respectu Angelorum & hominis innocentis: & vt sic, omnino exerceatur, quoniam nihil aliud accideret. Est autem iustitia, respectu Christi. Acceptare namque solutionem oblatam, actus est iustitia, si collatio meritis, (vt sic dicam,) fuit cum voluntate acceptanda solutionis, si quandoque offeratur: Itavi idem nec actus immitatus, si voluntas efficax rei credito conferenda, ad solutionem si quandoque offeratur. Nam potest conditionem, Deus in presenti negotio non præuidebat in primo signo, itaque res ipsa decretit gratiam ex mera misericordia. Cum autem in posteriori signo præsumit est peccatum, & Christus eius occasione decretus; tunc quia conditio prædicta impleta est, Christus immensum preium & Angelis & quibuslibet hominibus sufficiens offertente confirmata est de creta iam misericorditer gratia, & rata facta nouo iustitia titulo, ob exhibitam per Christum compensationem. Hæc est vna ratio discrimini,

intermodum gratia Angelis & homini innocentia collata per Christum; ac eiusdem collatae hominibus lapsi. His enim Christus per proprium meritum (saltē indefinitē loquendo) gratiam contulit; illis per solutionem & compensationem tantum.

Altera discriminis ratio, in eo ita est, quod Angeli non sunt à Christo redempti, etiam perperam contraria censuit Vincentius de Flumato lib. 2. de Christi nominibus V. **redemp-**
tor, ea tantum ratione ducet, quia sanguine Christi redemptus est homo, & numerus Angelorum instratur. Quod secundum, fallum est, simpliciter loquendo; & propterea modo ad veritatem aptari, potest, nos suffragatur Angelorum qui st̄erunt redēptioni per Christum; quia proinde non est admittenda. Idemque de horum propter in statu innocentiae constituto, & affirmandum. Nostra autem gratia, est collata per redēptionem.

*Christus nec Angelorum, nec hominis
innocentis redēptor.*

Non esse Angelos à Christo redemptos, (& idem est de homine prōpt̄ innocentia,) tradit dissentē S. Augustinus in cap. 3. ad Galatas ad illud, *mediator autem unius non est.* Eodemque recidit, quod in Enchir. cap. 61. negat Christum esse mortuum pro Anglis. S. item Bernardus serm. in feriam 4. Hebdomada p̄cūnōs, negat Christi passionem dari potuisse, idest fructuosa reuera fuisse per modum redēptionis, alteri quā homini lapsi: quia Angelus tali remedio non egit, Diabolus vero eius capax non fuit. Sed pulcherrimè Rupertus in cap. 5. Apocal. ad illud, *occisus est, & redēmisti nos Deo in sanguine suo,* scribit in hunc modum. [Notandum, tale Canticum in doobus que sequuntur multitudinis Angelorum & omnis creatura testimonios, non esse, quia videlicet neque Angeli, q̄ ipse qui non perierant, neque creatura alia quacumque rationalis est, sed sola hominum Ecclesia, quae hic intelligitur per viginti quatuor seniorum & quatuor animalia, in sanguine Christi redēpta est. Propterea isti quidem dicunt, *Quoniam occisus es & redēmisti nos.* Angeli autem hoc tantum, *dignus est agnus qui occisus est.* Et non addunt, *& redēmisti nos.* Porro ceteras omnes creaturas, que in celo & quae super terram, & quae sub terra, & quae in mari sunt, nihil horum dicunt, sed tantummodo sedente super thronum à quo factae sunt, & agno per quem factae sunt suo modo benedicunt. Soli ergo homines sunt, qui primi ante Angelos, & ante omnem creaturam primū in isto cantico perhibent testimonium, dicens; *Quoniam occisus es, & redēmisti nos.*]

Quod si imperfēcta laude quam lactentes & infantes Christo concingerunt, legimus ab eis dictum, *Hofanna in excelsis,* non est sensus, Christum esse salutem Angelorum quasi eos redēmerit. Sed sensus est, illatam esse celo salutem, iis ruinis quas peccatum intulerat, substitutio ne hominum per Christi redēptionem reparatis, ut bene exponit hic verbis S. Ambrosius serm. 45. de temp. in fine. [Nec praeceundum est à Psalmi versiculo, quem occurrit turba Domino decantabat, *Hofanna filio David, bene-*

dictus qui venit in nomine Domini, Hofanna in excelsis. Aduentus enim Domini, cuiusque incarnationis, non solū hominum salus fuit in terra, sed etiam Angelorum in celo: quia dum homines in terra salvantur, Angelorum numerus qui Diabolo cadente minoratus fuerat, integratur in celo. *Hofanna ergo in excelsis,* tantumdem est, tanquam si dicatur; *Saluans qui etiam es salus in celo.* Reparatos pet nos Angelos dicit, imitatore Bernardo serm. 2. in Vigilia Nativitatis.

Non est igitur Christus Angelorum vel hominis innocentis redēptor, sed veniens & moriens ad redēptionem hominis lapsi, gratiam illis collatam compensavit: qua compensatio non est dicenda redēptio, quia redēptio ut ex Zozimo Papa tradit. D. Augustinus Epist. 157. supponit personam redēptoris captivitatem, vel in le, vel in radice suae, qua scilicet sit trahenda seruitus peccati, nisi opulatrix Dei manus benignè præueniat. Quo pacto Deipara, verē redēpta est à Christo, quia spectata origine sua, erat contrafacta peccatum originis, nisi Deus eam præuenisset. Idemque licet semper illimi & nitens, tamen dicitur peccasse in Adamo, quia incurriendi peccati debito non caruit, origine sua spectata, & nisi præuenta fuisset diuinus. Angelī autem neque in se fuerunt unquam peccato commaculati, neque in villa radice sua fuerunt peccato obnoxij. Non sunt igitur redēpti à Christo, etiam si paulò latius loquendo, & sumendo redēptionem pro præservatione à lapsu cui necessario vi originis obnoxij non erant, dictum sit à S. Bernardo serm. 22. in Cant. redēptos fuisse à Christo Angelos. [In principio (inquit) sapientia erat, erat iustitia, erat sanctificatio, & redēptio; sed Angelis. Vi esset & hominibus, fecit eum hæc omnia pater, &c.]

Quod erat Angelis factus est & nobis. At Angelis, inquis, quomodo redēptio ficerit, non video. Nec enim autoritas scripturarum ipsam assentiri videatur, eos aliquando aut peccato extitisse captiuos, aut morti obnoxios, ut necessitatem habent redēptionem, exceptis dumtaxat illis qui superbis lapsu irremediabiliter corruptentes, redimi deinceps non merentur. Si itaque Angelis nunquam redēpti sunt, alij vitique non gentes, alij non promerentes, illi quidem quia nec lapsi sunt, hi autem quia irreuocabiles sunt; quo pacto tu dicas, Dominum Iesum Christum eis fuisse redēptionem? Audi breviter. Qui exexit hominem lapsum dedit stanti Angelo ne laberetur. Sic illum de captivitate crucis, sicut hunc à captivitate defendens. Et haec ratione fuit & quæ vitrique redēptio, soluens illum, & seruans istum. Lique ergo, Sanctis Angelis Dominum Christum fuisse redēptionem, sicut iustitiam, sicut sapientiam, sicut sanctificationem.] Sed hoc, ut præmissi, late dicunt est, & improprie.

Nec pro iisdem mortuus.

756 Nec item proprie loquendo dicendum est, Christum esse pro Angelis vel homine integro mortuum, quia mors Christi eo tantum nomine suscepit est à Christo, ut Deo lato fastisheret, & inæqualitas peccato inducta aboleretur. Quamuis ergo illis ipsis actibus quibus

Christus

Sectio IV Caput IX.

374

Christus hominem lapsum redemit, atque ad eum etiam morte sua, compensavit gratiam homini innocentis & Angelis collatam; tamen quia mors & passio Christi, directe & primariè exhibebatur ut satisfactione, qua Angeli, & homo innocens non egebant; merito negamus Christum pro eis mortuum esse, etiamsi mors Christi illis profuit propter meritoria & compensativa gratia, anterioris ratione quam mors ipsa praesuideretur, Angelis & homini innocentem decreta.

Ex eadem porrò causa, ob quam diximus Christum pro Angelis mortuum non esse, etiam gratiam quam habent Christo acceptant ferantducenda est ratio, cur Angeli beatitudinis præmio sint potius ante Christum quod hominibus non est concessum. Ratio enim data Angelis, negare verò hominibus ante Christum beatitudinis, est quia homines Deum leserant; nec par fuit ante exhibitam per Christum satisfactionem, cùmque in Christi morte consummatam, recludi cœlum, & propalati sanctorum viam: quod factum est in momento mortis Christi, ob plenè tunc oblitteratam Dei injuriam, & reparatum ius eius violatum: vnde consecutum est, vt homines intelligent qui bonis ob peccatum excluderentur, & quod reducerentur aeterna Christi redemptione inventa. Id quod etiam ad habent peccatoribus adducendas, consulti plurimam dum vident quanti sit numen offendisse; ad quod placandum, & obtinendum aditum in eius Regiam, tantam interponi oportuit vietnam. Pro Angelis verò, quia numen non leserant, nulla talis comprehendendatio fuit necessaria. Itaque in fine perpetuis via, fuerunt in termino, & beatitudinem meritis Christi præuis sunt consecuti, eodem modo quo eius meritis habuerant gratiam & sanctificationem. Nam sicut Apostolus Hebrei 2. dicit, *qui sanctificati, & qui sanctificantur ex uno omnes*, quod plerique de Adamo interpretantur, ex quo & Christus & nos omnes progigniuntur: tamen inde non impugnatur Angelorum sanctificatio per Christum, quia Apostolus ibi non agebat de omnibus per Christum sanctificatis, sed de iis tantum de quibus proxime fuerat sermo, hoc est de pueris qui communicauerunt carni & sanguini. Eos enim tantum spectabat Apostolico loco institutum, & fructus eorum ad quos scribebat. Præterquam quod Chrysostomus & creditus Ambrosius, & Anselmus ibi, *vnum ex quo omnes*, interpretantur, non Adamum, sed Deum Patrem, ex quo omnes sanctificari prodeunt. Itaque ex eo loco, nihil colligi potest aduersus Angelorum per Christi merita aetatem & beatitudinem.

Influxus Christi in gloriam membrorum suorum omnium.

757 Ex dictis, tam fuscè, tamque firmiter stabilitis, de gracie toti is participatione per Christum, manifestè sequitur, gloriam quoque non participari nisi per Christum: cùmque ratione Christum se prodere caput Ecclesie, quod gloriam quoque in uniueros influat. Est sane gratia, semen gloria, & pignus felicitatis, ut aliquoties loquitur Apostolus. Quate qui gratiam aliunde accipi & sanctificationem, indidem habet vitam aeternam, & in se verum ostendit illud, *Gratia Dei, vita aeterna: quod radicaliter accipendum esse*, monstrat sapientia D. Augustinus. Hec cum ita sint, nihil attinet, siue probationes, siue illustrationes variae conquicere huius veritatis, quamvis suppetant plurimæ, illaque nominatum que ducitur ex verbis Christi Iohannis 3: *Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo, filius hominis qui est in celo*. Hoc verba S. Chrysostomus hom. de Nativitate Christi, S. Gregor. 27. moral. c. 11. & S. Augustinus Tract. 12. in Ioan. in hunc sensum accepimus, vt solus Christus dicatur in celum ascendere, quia nemo ad celum peruenit & gloria posuit, nisi Christi capitum sit membrum. Sic enim unum Christum compingunt omnes electi, sicut membra omnia capiti Iohannis sybacient, confitit vnum corpus, quod uno nomine dicitur *Iesus*. Hoc item sensu queruadmodum solus Pontifex introibat in Sancta, ita solus Christus introit in celum. Pulchritudo Goericus serm. 1. accephalo, agens de Christo celum subuenire. [Solus intrabit, qui solus agnus sine macula, solus agnus non potuit de peccato, quod nec ab eo factum, nec in eo inventum. Solus plenus summus Pontifex meus, nec in parte, nec in parte contaminatus est, vt lex dicit: patrem quippe sed Deum; matrem quoque, sed Virginem habens, vnde & solus ingreditur Sancta Sanctorum: & nemo ascendit in celum, nisi qui de celo descendit, filius hominis qui in celo est. Quid ergo nos? Ita ne continuo desperabimus? Invero sperabimus, & hinc maximè. Licer enim solus profecto totus intrabit, & non conminuetur ex eo. Non sine membris caput inuenietur in regno, si tamen membra fuerint conformia & coherentia capiti suo. Conformatio sanè moribus, coherentia fidei.] S. Gregorius hom. 5. in Ezechiel. 36. portat Orientalem interpretatus Christum, ait etenimes solus Christum intuare ad vitam, quatenus omnes electi sunt eius membra, & vnum efficiunt communio. Et in psalm. 4. Poenit. eodem modo accipit illud, *vigilans & factus sum sicut pessus solitudo in celo*. Sanctus quidem Augustinus & Propter in psalm. 101. haec verba accipiunt de eminentissima Christi gloria in Ascensione Resurrectionem subsecuta. Tamen S. Gregorius ea verba referunt ad subitionem celorum perso-
lum Christum: quia nemo gloriam caperit, nisi sit unum cum Christo, & membrum eius tanquam capitis.

Vsus Doctrinæ.

De Christo capite.

758 Fixum itaque & ratum esto, Christum esse caput super omnem Ecclesiam, cum militantem, tum triumphantem: & tam Angelos quam homines, subiecti Christo capi iunguntur, membra eiusdem mystici corporis, ex illis materialiter ethereogenes partibus compacti. Hinc verò passim Pares, insignia aliquot consecrata erunt, quæ placet non omittere.

I. Agn

I.

Agitio eminentia Christi Domini.

In primis infertur ex his sublimissima & eminentissima Christi dignitas, subitus quam omnes, & homines & Angeli quantumcumque eximij, iaceant depresso. Attigit hanc præcellentiā Christi, (quippe capitū,) supra quamvis alias creaturas rationales tanquam membra S. Augustinus Epist. 57, sub fine, verbis illis. [Hoc ē inter se arbitramur inter caput & membra cetera, quod in quolibet quamvis præcipuo membro, velut in aliquo magno Propheta aut Apostolo, quamvis diuinitas habet, non tam sicut in capite quod est Christus, omnis plenitudo diuinitatis: Nam & in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed non tantus quantus in capite, vbi prorsus omnis est quinquepartitus. Ibi enim & visus, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus. In ceteris autem solius est tactus.] Addit aliam præterea præcellentiā ista ante iorem, & veluti primordiale ac radicalem; quod scilicet Christus sit Deus homo, ad quod honoris culmen nulli alteri infra eum, est aspirandum. Non tamen inficiatur priorem illam præcellentiā, ex eo quod Christus sit caput, ceteri membra. Ita tantam sublimitatem, intenti semper & desixi animis esse debemus, ut impleatur in nobis illud, *sapiens oculi in capite eius*, quod Gregorius Nyssenus hom. 5, in Ecclesi. ad Christi capitis contumum accommodat, præfatis id ad litteram videri posse difficile cum nullum sit animal, cui oculi non sint in capite. Et eodem modo dictum illud Sapientis, accipiunt S. Gregorius 20. Moral. c. 2. & Richardus Victor. Tract. de Gemino Palchate, non multum ab initio, & Tractatus de Baptismo Christi *ub medium*; vbi addit, quanta custodia custodiendum sit tam excellens caput, quamque caudum, ne ab eo quis auellatur, quod excommunicatione aliisque præterea modis studiosum declinans fieri moneret sanctus Gregorius in Psal. 4. Pœnit. ad. vers. 1. In ligniter quoque sanctus Ambrosius serm. in Psal. 118.

II.

Amor & gratiarum actio.

759 Consequenter vero quantus hinc in nobis exardescere debeat amor erga Christum, accipe ex Ruperto lib. 13. in Matth. in ipso fine. [Propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat; aut salutis eorum, per passionem consummatus est. Nonne istorum consideratio siue frequens meditationis, quandam facit amoris ighem in ista Sion? In primis de eo quod primum positum est, propter quem omnia, interrogo, nonne dum istud consideratur, nonne ex subluciente fidei scintilla, suscitatur in te, lucide iunctudine dilectionis flamma? Quid enim? Pater optimus, dum vicinum in secreto sui pectoris haberet filium, thesaunizare voluit ille thecautus aurum & argenti, lapidumque preciosorum, & omnis bona supelleculis, adficari palatum regni, cunctaque prouidere ministeria regalis.

Theoph. Raynaldi de Atrib. Christi.

cuius, exercitum copiosum, familiari numero-
sam, duces præfectos, tribunos ac centuriones,
seruos & ancillas, seu clientes ac ministros, qui
pulchra varietate distincti, astant ei sedente
in medio ipsorum, ac defuerint in ordinibus
suis. Idecirco fecit haec omnia, celum & terram,
celum inuisibile replens Angelorum agmin-
bus, terram autem tot & tantis humanae crea-
turae generationibus, in quibus sumus & nos.
Quis ad haec non respondeat, quia vel sola cau-
sa haec, magnam dilectionem exigit, magna nos
ille dilectionis ac devotionis debitores facit?
Addo quod secundo loco dictum est, *per quem omnia*. Omnia enim per ipsum facta sunt, &
sine ipso factum est nihil. Si omnia, vtique per
ipsum inter omnia. Addo quod tertio loco di-
ctum est, *qui multos filios in gloriam adduxerat*.
Vnus enim & solus ipse Dei filius erat, sed no-
luit solus remanere, immo voluit multis fratres
habere, quos & ante omnia secula sibi confor-
mes facere, id est, in gloriam filiorum Dei addu-
cere prædestinauerat. Adde quod illum optimè
decebat; quia cum perirent in Adam tot filii
Dei, fratres sui, ipse autor salutis eorum per pa-
ssionem consummatus est. Quanta dilectione
digna sunt haec? Nimirum propter haec diligere
illum, nimia ingratiudinis est, summa nequitia
est. Quasi ligna haec sunt, subiectaque subii-
tienda in altari, ad nutriendum sancta huic
dilectionis seu iusti amoris ignem, sicut in san-
cta & mystica lege scriptum est, *Ignis in altari
semper ardebit.*]

Continenit est, affectus actionis gratiarum
erga Christum; quem affectum ex tot in nos ab
eo tanquam capite derivatis bonis, excuspi
vult S. Bernardus mellitissimus illis de more
verbis serm. 1. in capite ieiunij, docens id esse
vngente caput nostrum quod subemur facere
apud Matth. [Vnctum à patre est caput nostrum
& nihilominus vngi postularat & à nobis. Cum
ieiunaueris, inquit, vng caput tuum. Ita ne
aquam petit à tiuulo fons indeficiens; Petit sine
dubio, aut certe repetit imagis. Ad fontem enim
vnde exirent, flumina reuertuntur, vi iterum
fluant. Non verò vi minus habens quod dede-
rat Christus repetit, sed ne tibi pereat quidquid
ad eum referetur volueris. Siquidem etiam flumi-
nis aqua si stare coepit, & ipsa putrefacet, &
inundatione facta superuenienti repelletur. Sic
planè sic gratiarum cessat decursus, vbi recursus
non fuerit; nec modò nihil augetur ingratior;
sed & quod acceperat, vertitur & in perniciem.
Fidelis autem in modico, censetur dignus mu-
nere ampliati. Vnge igitur caput tuum, re-
fundens in eum qui supra te est; quidquid in
te est devotionis, quidquid declarationis, quid-
quid affectus. Vnge igitur caput tuum,
vt si qua in te gratia est, referatur ad ip-
sum, nec tuam queras gloriam, sed ipsius.] Ex Petro Damiani opusc. 6. capite 1. idem
tradidit libro 4. sectione prima, capite 4. ita
fine.

B B b III. Sancta

RAUNAU

Tomus I
De Christi
et
Tomus II
De Atributi
Christi
A VII

Sancta superbia, & amor proximorum.

760 Indidem insuper inferunt Patres, quanti nos ipsos, quanti fratres nostros facere debeamus, tanquam membra corporis illius cuius caput est Christus. [Memento cuius capit is, & cuius corporis sis membrum, aiebat S. Leo ad monens Christianum ne sibi vilesceret. Potentissime vero ac propemodum diuine in hanc rem dicit S. Chrysoformus hom. 3, in ad Ephes. ad scribo partem. [Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Papae: Quo rursus sustulit Ecclesiam, tanquam per quandam trahens inachinam, eam in magnam sustulit altitudinem, & eam sedere fecit in illa sede. Vbi enim est caput, illic & corpus, & si caput & corpus. Nullo loco intermedio arietur. Si autem arctetur, corpus non fuerit.] Et mox in Morali. Veneremur itaque, (inquit,) caput hoc, cogitemus curius capit is sumus corpus, cui omnia sunt subiecta. Hoc exemplo nos Angelis oportet esse meliores, & Archangelis maiores, ut qui in omnibus summo honore praepositi. Non Angelos apprehendit Deus. Sicut dicit scribens ad Hebreos, sed temet Abrahe: Non principatum, neque potestatem neque dominationem, neque villam aliam virtutem: sed nostram naturam apprehendit, & supra sedere fecit: Et quid dico, sedere fecit? Suum fecit vestimentum; nec id solum, sed eius pedibus subiectis omnia. Quam multas vias mortes ponere, & quam multas animas deciesce mille, & his longe plures? Sed nihil dices quod sit ei aequiparandum. Duo enim fecit maxima: & ipse ad summam venit humilitatem, & hominem sustulit ad magnam altitudinem, suo sanguine eum saluum fecit. Dixit illud primum, quod se adeo humiliavit. Dicit hoc firmum & solidum, id quod est magnum, & summa rerum. Atqui si nullo dignati essemus, sufficisset, etiam absque hoc dignati essemus; absque eo, inquam, quod esset mactatus, sufficisset. Quum aurem duo sint, quam dicendi facultatem non vicerit & superauerit? Non magna res est resurrectio, quando haec reputauero. De hoc dicit, Deus Domini nostri Iesu Christi, non de Deo Verbo. Reuereamur propinquitatem cognationis. Timeamus ne quis ascindatur ab hoc corpore: ne quis excidat, ne quis appareat indignus. Si quipiam diadema nostro imposuerit capiti, si coronam auecam, an non omnia fecerimus, vt digni videamur inanis lapidibus? Nunc autem non est nostro capiti impositionis diadema, sed caput nostrum factus est Christus; quod quidem est maius, & eius nullam habemus rationem; sed Angeli quidem ipsum reuertentur, & Archageli, & omnes illa virtutes: Nos autem quum etiam eius corpus sumus, neque propter hoc, neque propter illud, reuerebimur. Et quanam est spes nostrae salutis? Cogita thronum regium, cogita summum honorum. Hoc nos, si velimus, magis nos poterit terrere quam gehenna. Nam si nou esset gehenna, tanto honore affectos, inuentos esse indignos & malos, quam non haberet peccatum; quod non suppli- cium? Cogita proue quem sedeat tuum caput; hoc solum ad uniuersa sufficeret. Ad eius sedeat dexteram; super omnem principatum, po-

testatem & virtutem, eius autem corpus conculcatur etiam a Demonibus. Sed absit. Hoc non fuerit amplius corpus. Caput tuum venerantur servi frugi, & qui bona sunt existimationis: & corpus subiectis iis qui offenduntur? Quo non dignus eris supplicio? Si quis pedes Regis canibus obseciat, & in compedes iniciat, an non obnoxius extremo supplicio? Non negat Angelos quoque pertinere ad Christi corpus mysticum: sunt enim Ecclesiae militante & triumphante compacta, membra via, argueat itaque vult, eos non esse membra homogenea, & eiusdem cum capite nobis peculialem reuidentiam & affectionem tam priores capitis ex nostra, non ex Angelica natura assumpti, debet infigere.

761 Debere vero inde hominem in sanctam ac sobriam superbiam offerri, nec illis subiectis vilibus rebus, qui cum ipsis quoque Angelis ratione capit is de nobilitate & gradu excellenti possit contendere, satis aperte instruit S. Chrysoformus. Nec obtemperare colement spectauit Apostolus Coloss. 2, cum questus de iis qui seducebant Colosenses in humiliitate & religione Angelorum, inde nominatim coram culpam amplificat, quod non teneat ipsa ex quo totum corpus conexum & subministratum, crescit in augmentum sanctum in Domino.

Humilitas, unitatis studium.

E contrario autem, quantum humilitatis in continentium ex hac subiectione ad Christum capit, admoneatur fidelibus, tanquam Christi corpori. S. Augustinus Egregie sic moniti sunt, 13. de verbis Domini, in fine. [Inde cecidit Diabolus, unde stantem deicet hominem. Dicet, stantem; sed Christus descendens erexit iterum. Vnde te tamen erexit Dominus Deus tuus. Attende; Humiliate erexit, factus obediens, ut ad mortem, humiliavit semetipsum. Princeps tuus humili, & tu superbus; Caput humile, & membrum superbum. Absit. Non vult esse de corpore capit is humili, qui amat superbiam. Si autem non fuerit, videat ubi erit. Ego nolo dicere, ne amplius videat terra ista.]

Sancte superbum esse sub capite humiliando non secus est quam humano capiti cerni equinam apponere: quod aque dicendum est, de quibusbet non consentanea ad Christum capit vitam exigentibus, ut optimè tradit Gregorius Nyssenus lib. de perf. & a Christiani forma, sic scribens. [Quemadmodum qui communitia monstra, vel oratione vel pictura confingunt, Bucephalus quoddam, aut Hippocentauros, aut Anguipedes, aut quipiam aliud ex diversis generibus, non ad exemplar natura dirigunt imitationem, sed peruersa illa inventio ne naturam præterentes, non hominem, sed aliud quiddam effingunt: quippe qui ex eo, quod videtur, id formam, quod non est, cuius liceat aliqua pars cuiquam humani corporis parti similis videatur, nemo tamen id quod ab illa compositione conflatum est, hominem dicat: eodem pacto hand recte perfectus Christianus appellabitur, qui vel à ratione abhor-

rens caput obtineat; deinde ipsum viuens corporis caput, quod Verbum est, fide non habeat, quamvis ceteris partibus absolutus sit, vel eo capite praeditus, reliquas corporis partes aut capite, aut inter se minime conuenientes possident, hoc est viuendi rationem à fide alienam inficiat, cum & draconum furis imbutus ita excandescat, atque infat horum serpentium humi repat, & equiopam tabiem apponens humana formam feminarum amoribus infantia, & ex duplice natura humana videlicet & ferina, veluti Hippocentaurus coalefacat. Eiusmodi autem hominum genera passim licet intueri, qui vel in vitiis capite, in Idolatria videlicet disciplina decote vitam officiis exaltant agunt: quemal simulant esse Minotaurum, vel Christianæ personæ bellua corpus, id est flagitio, ut viuendi genus adiciunt, quales Hypocentauros, aut Anguipedes fingunt. Consentaneum igitur est, ut quemadmodum in corpore humano singulæ partes conuenient, sic tota Christiani vita, omnibus que in Christo ex fide confiderantur, bonis insigniatur.]

762 Culpam scindentes vnitatem, hinc expendit S. Chrysostomus hom. 18. in 2. Corinth. in moral., & egregie S. Augustinus serm. 20. ex quadraginta nouis; his præter cetera. [Quod est spiritus noster, id est anima nostra, ad membra nostra; hoc Spiritus sanctus ad corpus Christi quod est Ecclesia. Id est Apostolus cum corpus viuum nominasset, ne intelligeremus mortuum corpus, *Vnum*, (inquit,) *corpus*. Sed rogo te, viuit hoc corpus. Viuit; Vnde? De uno Spiritu. Attendite ergo, fratres, in nostro corpore, & dolete eos qui de Ecclesia præciduntur. In membris nostris quondam viuimus, cum sanis sumus, implant omnia membra officia sua. Si unum membrum dolet aliquid, compatiuntur omnia membra. Tamen quia in corpore est, dolere potest, expirare non potest. Quid est enim *expirare*, nisi spiritum amittere? Iam vero si membrum præcidatur de corpore, numquid sequitur spiritus? & tamen membrum agnoscitur. Quid est? Digitus est, manus est, brachium est, avis est. Præter corpus, habet famam, sed non habet vitam. Sic & homo ab Ecclesia separatus. Quaris ab illo sacramentum, inuenis, quaris Baptismum, inuenis, quaris Symbolum, inuenis. Forma es, quisquis es, nisi in tuu spiritu vegeteris, frustra foris de forma gloriariis.]

Eodem revoluuntur quod S. Bernardus serm. 1. de Conversione S. Pauli, demonstrat, persequi Ecclesiam qua est Christi corpus, id est esse quod persequi Christum. Sic enim Glossat voces Christi per Paulum furentem, (quid me persequera? (inquit.) An non persequatur Christum, qui Christi membra trucidabat in terris? An vero persecuti sunt Christum, qui sacratissimum illud corpus, crucis affixere patibulo, & non profegebat eum, qui aduersus corpus eius quod est Ecclesia, (est enim corpus eius etiam ipsa;) odio furebat iniquo? Denique si proprium sanguinem dedit in precium redemptionis animarum, non tibi videtur grauiorem ab eo sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo perniciose, scandali occasione, auertit ab eo animas quas redemit, quoniam à Indro qui sanguinem illum fudit? Agnoscite dilectissimi, & ex parte confortia eorum que

Theophil. Raynandi de Atrib. Christi.

salutem impediunt animarum. Horrendum penitus sacrilegium, quod & iporum videat excedere facinus, qui Domino maiestatis manus sacrilegas iniecerunt. Videbatur iam cessasse persecutionis tempus, sed ut palam factum est, nunquam deest persecutio Christiano, sed neque Christo.]

V.

Fuga molitudinis: Sanctus vsus membrorum omnium.

763 Ex consideratione Christi capituli nostri tam dira & dura persepsi, aduersus molles, & ad quaevis aspera vitreos, armatur S. Bernardus serm. 5. in Feste omnium Sanctorum. [Pudentia, (inquit,) sancti gloriarum membra, quibus caput suum tam inglorium exhibetur, non habens speciem aut decorum, vel aliquid eiusmodi. Nimirum Salomon est, quod interpretatum est pacificus, sanè quod in praesenti non est: non utique *beatisficus*, ut in omnibus Angelicum illud elogium commendetur, quo terris pacem, celis gloriam tradideront. Pudentia sub spinato capite membrum fieri delicatum, quod omnis ei interni purpura, non tam honoris sit, quam irrisio.]

Nihil in Patribus frequentius, quam immisericordes in pauperes inde ad Charitatem urgeant, quod pauperes sine membra Christi Nazianzenus optimè orat. 16. ad finem. [Eum certè qui salutis nostra causa, vulneribus & languore affectus est, venerare. Veneraberis autem, si te Christi membro, benignum atque humanum praebas.] Et inferius. [Me sinitra illa manus terret, & hoedi, & probra, quae ab eo à quo illic collocati sunt, coniiciuntur. Non quia manus alienis bonis attulerunt, nec quia tempora diripuerunt, aut adulterium perpetravunt, aut aliud quiddam ex alii, quae interdicta sunt, admiserunt, hoc ordine mulctati; sed quia Christum per pauperes minimè curarunt. Quocirca si quid mihi auscultandum putatis, serui Christi, & fratres, & cohortes, Christum, quādū licet, visitemus, Christum curemus, Christum alamus, Christum induamus, Christum colligamus, Christum honoremus.] Utique in membris suis, quae synedochie Christus dicuntur. Praeterea eodem modo dixerit Gregorius Nyssenus Orat. prima de pauperibus amandis.

Omnium membrorum sanctum viuum, sic inducit ex hac capituli nostri consideratione S. Anselmus lib. 10. medit. in prima §. 5. [Corpus Christi te Apostolus esse confirmat. *Vos estis*, (ait,) *Corpus Christi, & membra de membro*, serva igitur corpus & membra, ea dignitate quae decet, ne si ea quolibet levitatis studio iniurie tractaueris, quanto portiori præmio coronaeris si ea dignè tractasses, tanto maiori supplicio subiicias, si eis indignè abulis fueris. Oculi tui, oculi Christi sunt. Non igitur licet tibi, oculos Christi ad aliquas vanitates conspicendas dirgere, quia Christus est veritas, cui omnis vanitas contraria est. Os tuum, os Christi est. Non debes, non dico ad detractiones, non dico ad mendacia, sed nec ad otiosos sermones, os aperire, quod ad solas laudis Dei, & ad ædificationem proximi, debes patulum habere. Sic de ceteris Christi membris, tuæ custodiae commissis intelligi.]

B B b 2

764 No

764 Nominatum autem S. Chrysostomus hom. 17. in 1 Corinth. ad illud, *corpus autem non fornicationis, sed Domini*, horrorem sanctum incutit, ex eo quod membra Christi capitum, non refugiant turpitudinem. Isque fuerat Apostoli sensus, cum sancte contestabatur, tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? Quia in hanc rem habet S. Augustinus serm. 164. de Tempore cap. 1. 2. & 3. eximia planè sunt. [Ecce (inquit alioquies Neophyti) facti estis membra Christi. Si cogiteris quid facti es, omnia offa vestra, dicent. Domine, quis similis tibi? Non enim dignè cogitari potest illa dignatio Dei, deficit omnis sermo, sensusque humanus, venisse vobis gratiam nullis merititis, praecedentibus. Ideo & gratia dicitur, quia gratis datur. Quam gratiam & vt sitis membra Christi, filii Dei, ut sitis fratres vniuersitatis. Si ille unicus, vnde vos fratres, nisi quia unicus natura, vos gratia fratres facti? Quia ergo membra Christi facti es, admoneo vos.] Subiungit nominatum monitionem de vitandis meretriciis amoribus, per eos qui incarnationis sunt memoris, & recolant se per eam factos Christi membra, que iuxta Apostolum, sicut non debent membra meretriciis.

Praiuit S. Augustino hac in parte, Origenes hom. 5. in Iohue sub finem. [Si post remissionem peccatorum (inquit iultra non peccas, verè ablatum est à te) opprobrium Aegypti. Si verò iterum peccaveris, iterum in te vetera revoluuntur opprobria, eo magis quo multo maioris criminis es, filium Dei conculeare, & sanguinem testamenti pollutum ducere, quam legem Moses negligere. Multo enim maioris opprobrij est, qui post Euangeliū, quam ille qui sub legge positus forniciatur, quia iste tollens membra Christi, facit membra meretricis. Vides ergo quam grauiora & cumulationa in te opprobrii si neglexeris, revoluuntur. Denique iam nemo te reum stupri arguit, sed sacrilegij sceleris condemnat, quia dicitur ad te; *An necessis quia corpora vestra templum Dei sunt. Si quis auem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Hac etiam si prius ignorabas, nunc tandem ex quo in auribus tuis ista verba dicuntur, & in cor tuum huiuscmodi doctrina transfunditur, scito te his auditus, templum Dei, & membrum Christi esse, iam factum. Vide quantum profeceris. Ex humculo terreno, in templum Dei progressus es: sine dubio, in quo habitare debet Deus; & qui caro & sanguis eras, profecisti ut membrum Christi es. Sed sicur magnus est iste profecetus, ita & discensus horribilis, atque irremediabilis penè lapsus. Nam tibi enim non licet templo Dei vti, nisi in Sanctitate, nec membra Christi ad indignum reuicare negotiorum. Et ideo si quando te malè cupiscentiae pullat illeccchia, mentor horum quæ nunc audis, hosti illi occurre, qui de teipso, hoc est, de tuo corde procedit, & resiste ei in talibus verbis, & dic; quia non sum meus. Emptus enim sum pretio sanguinis Christi, & membrum ipsius effectus sum. Non licet mihi tollere membrum Christi & facere membrum meretricis. Dic ei, quia templum Dei effectus sum, non mihi licet immundum aliquid in illud inducere, nec fas est mihi violare templum Dei: sed & illud adde, quoniam qui fornicatur, in corpus suum peccat. Non istic corpus

solùm quod templum Dei effectum est, sed illud quod dicitur, quia omnis Ecclesia corpus Christi est, & in omnem Ecclesiam videtur delineare, qui corpus suum maculatur, quia per unum membrum, macula in omne corpus diffunditur.]

S. Athanasius pulchre idem tradit in fine novae Orationis in S. Pascha. [Ne inquinis fidei tunicam, quam gratia contexuit; ne contemnas donum quod à Deo accepisti. Cogita quis dereliquerit, sed datum custodi. Si margarita aut regia purpura custos constitutus es, nomine ad mortem vlsque, custodiare eius cura tibi esse ostenderes. Verum nunc non margarite tantum, neque purpura, neque de regia quipplam suppellectibili, sed ipsum Domini corpus, cura fideique tuae commissum est: quin potius, inquam, ipse Dominicum factus es corpus. Membrum factus es Christi, Christum induisti secundum Apostoli vocem: *Quicumque enim in Christi baptizati sunt, Christum induerunt.* Causa ne membrorum Christi proditorias. Christi Dominicum es, & membrorum eius qui in celis regnat. Virtutibus ergo Domini, illud honoremur. Idem in omni seculo ad quod vls est aliquis membrorum, & nostri ipsorum, proportione dici potest.

VI.

Consulendum ubique in nobis honesti capitum.

765 Merito itaque concludit S. Chrysostomus hom. 1. in ad Ephesios, in fine; *Plenaria Christi, nostri & Angelorum capituli dignitate, nostraque per caput illud ē genere nostro assumptum, sublimitate;* [Tanto ergo dono dignati, tanto honore tanta benignitate, ne decorere afficiamus, cum qui nos affect beneficio, ne faciamus, vt tanta sit nobis in animis gratia; vitam ostendamus Angelicam, & Angelicam virtutem & vita agende rationem; rogoque & quæso, ne hac omnia sint nobis in accusatione & condemnatione; sed ad frumentorum bonorum perceptione, quia detur nobis omnibus consequi gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi.]

Huic beneficentiæ qui ingratios se præbent, concilant & despiciunt caput suum, & radentes nouacula, auferunt eius pulchritudinem, vt ad Ezechielis cap. 44. loquitur S. Hieronymus, ed accommodans opprobrium ad monitis interrogatum legis Davidis 2. Regum 10. Sed insigniter S. Bernardus serm. 1. in capite ieiunij, initio: *Fœlix membrum, quod huic adhaerent per via capitum, & sequuntur illud quocumque erit.* An quoquin si fortè abscindì se patetique contingat, priuet statim necesse est etiam spiritu vita. Quocumque enim parti capitum non cohereret, vnde ei iam sensus aut vita? Nec sane debet qui expositam occupet, vt ne tunc quidem sit usque capite. Germinabit rufum radix amarantinis, venenatum caput iterum pullulabit. Ad inquit caput, quod in eo conteratur anctius mulier, mater Ecclesia. Dico autem quantum per eam regeneratus est in spem vita, quem natura filium nostra mater camalis ediderat; Videbit ergo iam, si fuerit qui reuelatos habeat oculos cordis, & spiritualiter intueatur, hortandum

omni nonstrum; corpus quidem hominis, caput autem Dæmonis habens. Non solum autem, sed etiam erunt nouissima homini illius peiora prioribus, cum vipercū illud caput, quod prius fuerat amputatum, non absque septem nequioribus se reuertatur. Quis nō solo conterat auditu? Tollens membrū Christi, faciens

membrum dæmoniorum? Abscissus autem à corpore Christi, Satanæ miser incorporabitur? si procul à nobis semper, exactanda ista commutatio, fratres mei. Mihī omnino adhærente tibi bonum est, & caput gloriosum & benedictum in secula, in quod & Angeli propicere concupiscunt. [E. contrario potius faciendum, quod olim deiecit Tyrannoram statuis & substituto iisdem capite Principis legitimi, ut serbit D. Hieronymus Abacuc, 3, ad illud, maledixisti seipso eis, caput bellatorum eis. Quod Septuaginta verterunt, diuīsphi in stupore capita poterunt. Et aperte a S. Hieronymo impis cœribus, & corporibus mysticis, quotum profano capite refecto, Christus caput conuententer restituitur.]

VII.

Summa antedictorum.

766 Summam fructuum omnium qui exposita doctrina de Christo capite erui possunt, repræsento verbis Gregorij Nysseni lib. de perfecta Christiani forma, [Qui Ecclesia caput Christum esse dicit, illud in primis cogitata vnam esse capitis & subiecti corporis naturam, & singula membra cum toto, naturali quadam necessitudine, coniuncta esse, quæ partes toti ita conciliat, ut miro consenserit inter se conueniant. Ex quo sit, ut si quid extra corpus est, id etiam à capite omnino seiuinciat sit. Ex hoc igitur intelligimus, quod naturā caput est, id est singula membra, ut cum ipso capite propriè amicèque consentiant. Nos autem membra sumus, qui in Christi corpus coalescimus. Quare si quis membrum Christi tollens, efficiat membrum merecisis, hic rabiem improbus illius libidinis tanquam gladium accipiens, per hanc prauam perturbationem membrum protus abscondit à capite. Sic item reliqua malitia instrumenta, fuit veluti gladij quibus membra à proprio corpore amputantur, & omnia seiuingtonunt à capite, quorum sectionem perturbations efficiunt. Ut igitur totum corpus in naturali amicitia cum capite permaneat, & quum est, ut mutua concordia singula item membra inter se coniungantur. Quamobrem cum ipsum caput non modo purum, integrum, castumque sit, sed ipsa quodammodo puritas, integritas, & castitas existimetur; quæ sub eiusmodi caput membra concurvant, ea item pura, incorrupta, castaque sint, consentaneum est. Denique quidquid de capite cogitamus, ut pacem, sanctimoniam, veritatem, & alia omnia eiusdem generis, in membris quoque conpicienda sunt. Per filium enim haec & talia in membris demonstrantur, quod ea naturali necessitudine cum capite cohærente, sit testimonio comprobatum, cum sic Apostolus dixerit, Christum esse caput ex quo terum corpus compactum & conneatum per omnes iuncturam secundum operationem in membrorum uniuersitatemque membris, augmentum corpo-

rum facit. Illud præterea & hos *capitis* nomine discere debemus, quemadmodum in animalibus ex capiti prouenit corpori ad agendum occasio atque incitatio: siquidem & pedum & manuum motus arque opera omnia, oculorum & aurium ope diriguntur: etenim nisi oculi p̄xint satagenti, & autes imperium excipiunt, nihil eorum que proposita sunt, recte fieri potest. Sic ex veri capiti sententia, corpus in rebus omnibus modò ad hoc, modò ad illud agendum dirigī & moueri oportere, quo cumque ille, qui fixit oculum, & plantauit aurem, duret. Quando igitur caput, quæ supra sunt, respicit, opus est, ut quæ capiti aptè subnexa sunt membra, ipsius capitis ductum sequantur, & ad ea quæ supra sunt, tendant.]



CAPVT X.

Christus caput Prædestinorum.

ECCLSIAM ex solis prædestinatis non coalefcere, certa fides docet, & latè à Bellarmino lib. 3, de Ecclesia c. 8. contra Wicelli, & Husi, ac Caluini delitia confirmatur. Cum ergo monstratum haec tenus sit, Christum esse caput Ecclesiae quatenus ex omnibus suis membris coalescit; scorsim nunc idem monstrandum est, de lexitimo illo cœtu prædestinorum, cum hominum tum Angelorum, quia quamvis comprehendantur ambitu Ecclesiae vniuersæ accepta, cui haec tenus monstravimus Christum esse caput, tamen sicut peculia ria beneficia his per Christum communicantur, quæ nemo alijs accepit; ita quod eis præfit, & respectu eorum rationem capitis habeat, eximiam quandam dignitatem Christo confert, merito scorsim considerandam.

Christus in humana natura, prædestinatus.

767 Principio autem supponendum est, Christum esse in natura sua humana prædestinatum. Nam quod in diuina natura sit prædestinatus, nefas sit dicere: quia prædestinari, idem est quod diuinitus ordinari ad aliquid. V. G. ad gloriam, vel ad esse diuinum personale. At constat, personam Verbi propt. in diuinitate subsistentem, ad nihil posse ordinari. Deinde prædestinatio est actio libera Deo, proindeq; proximè terminatur ad aliquid creatum. In Christum igitur propt. Deum, non cadit prædestinatio. Cedit tamen ratione humanitatis, iuxta illud Apostoli Roman. 1. qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex Resurrectione mortuorum, Iesu Christi Domini nostri. Sunt quidem qui illud prædestinatus est, negant referendū ad aeternam Dei prædestinationem, cum vox Graeca aliud non ferat, quam declarauit est; siveque proinde sensus, Christum declaratum esse filium Dei, per eam virtutem quam exhibuit, peccata remittens atque resurgens. Quam expositionem latè prosequitur Valsques 3, parte d. 90. c. 3. & d. 91. c. 2. Eaque ex causa, Calvinus in Antidoto Concilij Tridentini Interpretem nostrum circa

B Bb 3 cum